vel abominatio. libere elicita per iudiciū rōis. Sic ꝓportionabilit̃ de gaudio et deſiderio. et ita generat̃ de omī nomine paſſionem ſonāte operit accipe ſuo mō lamentū. Aliud eſt qḋ orit̃ et radicatur in ſenſualitate aut ortū in rōe diriuat̃ et redūdat ad cor ſēſuale. non aliter de ceteris affectib' q̄s phi ſolas ꝓprie voluerunt dici paſſiones q̄ ſenſum afficiunt et q̄dammodo affligūt. Amplius vero vt mō notabat̃ lamentū vnū eſt tꝑale hoc eſt ꝑ ſolū tꝑalibus incōmodis. apprehēſio a rōe ſub rōe pene afflictiue. Aliud ſpūale ꝑ ſolis malis culpe apprehenſū ſub rōe offenſe diuine bonitatis et iuſticie. Lamentū pene hñt dānati. ñ lamētū culpe vt offēſiua fuit aut ē diuine iuſticie q̄liter ē in viatorib' plurimis inuenire. Quibus preſuppoſitis ex aliis declarati. ꝑ doctores. quatuor tibi pñtabo theoreumata. aut paradoxas .i. gl'ioſas et vix credibiles ꝓpoſitiões de lamento culpe ꝓut ē offenſiua diuine iuſticie. ¶ Hoc em̄ ſolū ꝓprie ē laudabile et meritorium nec pt̃ ꝓcedere niſi ab electione libera volūtati. Lamentū offēſe diuine q̄ mai' intenſi' q̄ fuerit in ſponſa eo maiorez cauſat in ea ſpūalez leticiā. Hoc ſentiebat qui ꝯfitebat̃ dño dicēs. Scḋm multitudinez dolorū meorū in corde meo. ꝯſolatiões tue. letificauerūt aiam meā. Rurſ' ſi ſimplr̃ ad ſimpliciter. et magl. ad magl. et maxime ad maxime. ſcḋm regulā phi Regula xp̄i vera ē q̄ lugētes ꝯſolātur. q̄ q̄ triſticia ſua vertat̃ in gaudiū. ⁊ p'lamētatōez et fletuz teſte ſara iuniore ꝯſolatiōem infūdit ergo magl. lugēs. magl. ꝯſolatur. et maxie maxie. ¶ Lamentum offenſe tanto magl. eſt in ſponſa. q̄ fuerit ipa ꝑfectior in via. Patuit in aia xp̄i ſcḋm portiōem inferiorem. In maria vero et in paulo et in ſilib' ſcḋm etiā ſuꝑioris mentis apicem. Hīn iurabat aplūs q̄ ꝓpter frēs iudeos nolētes credere erat ſibi cōtinu' dolor in corde. adeo vt exemplo moyſi petēt anathema eſſe a xp̄o ꝑ fratribus q̄i delet' de libro vite. cui' intelligentiā alibi didiciſti. Legis inſuꝑ exhortationem apl'i. Gaudete in dño ſꝑ. iteꝝ dico gaudete. Ipſuz nōne putas qḋ hortabat̃ obſeruaſſe. ¶ Lamētū offēſe. redūdās in ſenſualitatē ſponſe. fortitudinē indicat eo maiorē in ſpōſa ceteri. parib'. quo lamentū pl' ſentitur in ſenſibilib'. ¶ Pro cui' intellectu cū ſilib' vtilis eſt valde diſtinctō iuncta priorib'. q̄ lamentū q̄n̄q̄ ꝓcedit ab obiectis exterioribus immutātib' primo ſenſus q̄n̄q̄ deforis vel alteꝝ de his. Deinde tranſeūt ad interiores ſenſus. qui radicaliter ſunt in corde ⁊ in cerebro completiue et tandē immuta

tur ratio inferioꝛ vel ſuperior ſiꝉ
cum inferioꝛe. ⁊ hic eſt ꝓceſſ⁹ na/
turalis ꝯmunioꝛ. Aliqñ vero fit
ordo ꝯuerſus nõ aduerſus ꝙ ex
actib⁹ rõis vtriuſqꝫ libere diriuã/
tur immutatiões ad cor carnale
et ꝯſeq̃nter ad cerebꝝ p⁹ ad ſen/
ſus exterioꝛes. vt ad oc͞los ꝑ la/
crimas. aut ad linguã ꝑ plango/
res et ad man⁹ ꝑ ꝯploſiões et ce/
teroꝝ mẽbꝛoꝝ diſtenſiones aut
cõtrectatiões. mille modis ꝓ q̃li/
tate paſſionũ rõis imperio. Loq̃ꝉ
ꝓpoſitio de h ꝓceſſu ſc͞da. Cuius
hec ẽ probatio ꝙ maioꝛitas effe/
ct⁹ atteſtatur maioꝛi fortitudini
ſue cauſe. Attñ act⁹ actiuoꝝ quia
ſũt in patiente diſpoſito. poſuit ꝓ/
poſitio nr̃a ceteris parib⁹ non i/
gnoꝛans ꝯplexiões. ſponſe hui⁹
aut illi⁹ varias. ſc͞dm diſpoſitões
ad lamentũ vel leticiã. ad metum
vel ad ſpem cũ ſi͞lib⁹. quoꝝ cãs
expedit eſſe cognitas a deuotis
q̊ꝝ noticiã theologi et oꝛatores
accipiũt a ph͞is. et medicis. Per
rõem quidẽ a ph͞is. et a medicis
ꝑ experiẽtiã. Qua ſup re nr̃m ha
bes de paſſiõib⁹ opuſculũ. ¶ La/
mentũ redũdat eo facili⁹. ad coꝛ
ſenſitm̃ ſponſe. quo fuerit ceteris
parib⁹ min⁹ in ipſa de lamento
ſoli⁹ pene min⁹ quoqꝫ de reliq̃s
paſſiõib⁹ ſẽſitiuis rõe cõmodi ſo/
lius vel incõmodi tp̃alis. Fũdaꝉ
hec ꝓpoſitõ in ap͞lica doctrina. cu
ius rõem explicat ꝓpõnis nr̃e cã.
Dit nãqꝫ ap͞ls ſc͞da ad coꝛ. c. vij.

Gaudeo nõ q꞉ ꝯtriſtaui vos. ſed
q꞉ ꝯtriſtaui ad pñiam. Cõtriſtati
em̃ eſt͞i. ſc͞dm deũ vt in nullo de/
trimẽtũ patiamini ex nobis. Que
em̃ ſc͞dm deũ triſticia ẽ. pñiam in
ſalutẽ ſtabilẽ opaꝉ. ſeculi aũt tri/
ſticia moꝛtẽ opaꝉ. Ecce iſta q̃ po
ſita ẽ diſtinctio. ſub ap͞lic͞i. verbis
paucioꝛib⁹ expoſita. ꝙ q̃daꝫ eſt
triſticia ſc͞dm deũ. q̃dã ſc͞li vel ꝑm
ſc͞lm. Una vitã q꞉ ſalutem. altera
moꝛtẽ q꞉ ſalut͞i. ſuffocatõeꝫ opaꝉ.
Porro tã ap͞licũ q̃ꝫ nr̃e ꝓpõnis v/
bũ ph͞ica cũ theologica rõe mõ/
ſtraꝉ. ſi teneam⁹ illud vulgare vel
mg̃rale metꝝ. Plurib⁹ intent⁹ mi
noꝛ ẽ ad ſingula ſenſ⁹. Qð ſatiri/
c⁹ aliter explicat. Pectoꝛa nr̃a du
as nõ admittẽtia curas. Si igiꝉ
fuerit occupata. diſtractaqꝫ ratio
ſupioꝛ cũ inferioꝛi. imo qñqꝫ ſum
merſa ⁊ penit⁹ in vſu ſuo ꝑpedita
ꝑ lamẽtũ ſc͞li. ꝯſeq̃ns ẽ vt vel mi/
noꝛ vel oĩo nulla ſit ad triſticiam
ſc͞dm deũ ſeu lamentũ culpe libe/
rũ. Pꝛopoꝛtionaliꝉ de gaudio dꝫ
dici. Habes ecce q̃tuoꝛ ꝓpões q̃
q̊quo mõ tue petitiõi ſatiſfaciant
mẽte ꝑtractata. ¶ Diſcipul⁹. Sa
lubria q̊deꝫ ſũt q̃ dicũtur. ſupſũt
tñ aliq̃ diffuſi⁹ exponẽda. Nõ em̃
rõ prime ꝓpõnis aſſignata ẽ ſed
auctoꝛitates inducte q̃ pñt intel/
ligi de gaudio nõ vie ſed patrie.
qñ ſeru⁹ bon⁹ et fidelis audiet. In
tra in gaudiũ dñi tui. Nõne ꝑte/
rea calũniabilis eſt ſc͞da ꝓpoſitio
de ſpõſa nõ hñte ꝯſciam pc͞ci. q̃ꝉ

ſindubie fuit aīa pulcerrime muli/
erū Sed nec aſſignat⁹ eſt mod⁹
ꝯcordandi ꝓpōnem ſimul et apli/
ca verba.qb⁹ iubz in dn̄o gaudē
ſꝑ.et iterꝝ gaudē ſi ſꝑ opoꝛtz ſpō
ſam etiā ꝑfectiſſimam ſcḋm te tor/
q̄ri lamento Ampli⁹ qualiter op
poſita ſimul ſtabūt . lamentū cor
ꝯſtringēs et dilatās leticia Por/
ro ētia ꝓpoſitio videt̄ inniti tota/
liter.diſtinctiōib⁹ deuotionis.ad
cās naturalis rōis.ſeu diſpoſitio
nis ſenſualis Deniq3 ꝯtra ꝓpo/
ſitiōem q̄rtā cū ſua declaratione
ponit gregl.ꝙ mala q̄ hic nos ꝑ/
mūt et vtiq3 lugē faciunt crebro
ſcḋm ſeclm.ad deū nos ire ꝯpel
lūt Iuxta ꝑabolā xp̄i de rege di/
cēte ad ſeruū Cōpelle intrare vt
impleat̄ dom⁹ mea Sic hebrei cō
pellētib⁹ egyptijs.tenebꝛoſā egy
ptū ſunt egreſſi.Alioq̄n flagella
ſue iracūdie immittēt fruſtra de⁹
preſertī3 in electis vt in ſpōſa ſeu
recōcilianda.ſeu decorāda ꝑ ex/
ercitiū.ſeu ad ſpōſu3 ꝓximi⁹intro
ducēda. Mgr̄ Iure expoſtulas
ſed nō oīa parit̄ dici poterāt . Et
quidē ratio prime ꝓpōnis q̄ poni
tur cū gaudio vie ſimul et lamen
to.talit̄ accipit̄ Deſideriū .q̄nto
feruēti⁹ ⁊ efficaci⁹fuerit eo ceteri.
parib⁹(vt ſꝑ intelligi volumus)
dū implet̄ ē cauſatm̄ intēſioꝛi.leti
cie . Sicut em̄ deſideriū qḋ dif/
fert̄ affligit aiam.ſic oblectat du3
implet̄.Quis ꝟo neſciat ſpōſa3 ꝓ
culpa lamentātem ſcḋm deū deſi

derare plurima.q̄ lamentū implet
ſaltim ꝓbabili ꝯiectura Deſidēat
q̄nq3 recōciliatiōem ꝑ abſolutio/
nē culpe. hāc efficit lamentatio/
nis cōtritio Deſiderat abſolutio
nem pene.hāc efficit et oꝑat̄ in
toto vel tāto lamētans cōfeſſio
vel ſatiſfactio Deſiderat augmen
tū gr̄e ac ꝑinde glie Nonne ꝓmo
uet ad hoc.lamētās ořo.vel affli
gēs ieiuniū vel depauperās lar/
gitio q̄ ſemet exinaniuit bonis
fortune.vel nature . vel gr̄e alijs
miſerādo.Ruſſū deſiderat ſpōſa
lamētās.purgatōe3 a ſcoꝛia pec/
catoꝝ.renouatiōem q̄3 pulcritu/
dinis et augmētū ꝑ lauacru3 la/
crimaꝝ.debilitatiōem fomitis ⁊
ſūmerſiōe3 myſtici pharaonis di
aboli. Libidinoſe ꝑterea ꝯmotio
nis et luxurie magne extinctiōem
cui⁹ obliuiōe3 facit triſticia vni⁹
hore.Quid moꝛarer ꝑ ſingula cū
nemo poſſit verbis lamenti ſcḋ3
deum exeq̄re valorem. Sufficiat
apl̄s vbi ſupꝛa.reddēs rōem ſui
gaudij.qꝛ ꝯt̄ſtauerat coꝛinthios
ſcḋm deu3. Ecce em̄ h̄ ipm̄ ſcḋm
deū ꝯtriſtari vos q̄ntam in vo/
bis oꝑat̄ ſolicitudinē.ſed defenſi/
onē ſed indignatiōem ſed timoꝛē
ſed deſideriū.ſed emulatiōe3 ſed
vindicta3. In oibus exhibuiſtis
vos incōtaminatos eſſe negocio
Iūgam⁹ officiū h̄ vnū lamēti ſe/
cūdū deū.ꝙ nihil efficaci⁹ ad ꝯtē
platōis q̄ete3 . nihil admirabili⁹
ad mentis illuminationē ſerenam

qꝫ profūde lamētās ↄpūctio Sē
tētia ē venerabil' et expertiſſimi ta/
liū Richardi. ¶ Cui ↄſonāt ſcōꝝ v̄/
ba multi. locis de ꝑconio hūilia/
ti cordis ¶ Deniqꝫ lamētatio ſcōꝫ
deū q̄nto min' hꝫ de ↄplacentia
ſcōm ſc'lm. tanto min' ſuſpecta eſt
tāto ſecurior a latēte ſupbia. niſi
forte q̄s diabolico monſtro gi/
gnat ſupbiam ex ſuo ↄtrario q̄d
eſt hūilis lamētatio. ¶ Ceterum
ꝓpoſitio ſcd̄a loquit' de lamento
culpe nō ꝓprie ſed aliene poti'. q̄/
le xp̄s ſuſcepit ꝓ nobis. cui virgo
mater ſpōſa. ſoror et filia ſup oēs
cariſſima. ſe abſqꝫ vlla dubitatōe
ↄformauit adō q̄ vltronea volū
tate ↄſenſit dilectū ſuū et dilcō et
amicū p amorē et filiū talē ꝓ no/
ſtra redēptiōe crucifigi. cui' redē
ptōis p' filiū fuit deſideratrix ma
xime. fuit et zelatrix. Ideo donec
ↄpleret'. nedū ſufficient' ꝑcio paſſi
onis ſoluto ꝓ oib'. ſed etiā iugit'
et efficacit' in ſingulis nondū dā/
natis. Ipſa q̄ad vixit. amariſſimis
deū ſponſū et inenarrabilib' ge/
mitib' poſtulabat. freq̄nter q̄z cū
clamore valido et lacrimis exau/
dita eſt pro ſua reuerētia. ¶ Pe/
mū quaten' nūc btā et impaſſibi
lis facta exaudiat'. lamētādo tūc
meruit. ¶ Petis rōem intēſiori. ēſti/
cie in ſpōſa q̄ diligit intēſi'. ¶ Dat
iſtā pſpicue ↄſideratio ph'ica iun
cto fidei lumine. ¶ Cuz eīn triſticia
ſit apprehenſio obiecti ſub rōe diſ
cōueniētis. q̄nto fuerit apprehen/
ſio fortior ⁊ clarior obiecti ſb rō
incōueniētis amplioris inſinuati
ↄſtat inde ſequi lamētū ꝓportio/
nalit' intenſi'. ¶ Cōſtat ꝑinde malū
culpe im ꝓportionabilr deteri' eē
q̄cūqꝫ malo pene. ¶ Quib' attētis
q̄d ſupeſt ↄcludē vides ¶ Mira
ris aūt q̄uo ſūmū lamentū ſtat
cū ↄtinua leticia. ¶ Solz h̄ tractari
abūde p doctores de paſſiōibus
xp̄i cū beatitudine gaudij. ¶ Q̄d nō
oportz in btā maria. nō in paulo
vel moyſe. vel magdalena cū ſili/
bus in via ponē gaudiū et lamē/
tū in ſūmo ↄtinuū fuiſſe. ſed inter
ruptū frequēter aut alt'natū ſuc/
ceſſiue. nūc remiſſi'. nūc intēſi'. ꝓ
loco et tp̄e ſcōm alt'nas medita/
tionum ſuaꝝ volubilitates circa
cardinē ſuū deū pro modulis ex/
ercitationū. Ita eīn videre ē in a/
lijs viatorib' ipſos diuerſimode
ſcd̄m grad'. officia ſtat' ceteras qꝫ
viciſſitudines circūſtantiaꝝ exer
ceri. Hoc vidit q̄ dixit Oīa tp̄s
hn̄t. ꝓſequēs p plurima. Subin/
de null' catholicoꝝ negauerit q̄
tenorem ſcripture ſacre veteris et
noue q̄ narratiōes ſcōꝝ prīn co/
gnouēit Anthonij Macharij Mar
tini et ſilium. p tentatiōes diabo
licas nos in affectiōibus carnis
ac ſpūs impugnari. quēadmodū
boni angeli nos adiuuant. Que
tentationes et adiutoria non ſine
ſēſuali paſſionū immutatiōe natu
rali q̄uis nō naturalit' ſepe fiunt.
ſit hoc a celo. ſit a t'ra. ſit ceteris

modis multis Poſtrema obiectō tua de ↄbulatōib⁹ ꝓcedit ex equo catione Paſſiones quippe ſenſuales nō ex iudicio ratiōis ꝓuenientes ſed quadā neceſſitate naturali ſenſib⁹ impreſſe non ſunt vt ſic dicende paſſiones hūane ſꝫ aiales Sunt ob hoc impertinentes ad laudē vel vituperiū ꝓut tales ſunt Dicūtur ideo ꝑ Caſſianuz bona vel mala media quib⁹ vti contingit bene vel male ꝑ liberū arbitriū Loquit aūt cōcluſio de lamento et triſticia ſenſualib⁹ virtualiter ſeu participatiue liberis qꝛ libere iperatī. vel receptī. Tunc eñ dicitur triſticia ſcd̄m ſcīm. ſicut et gaudiū vel timoꝛ vel deſideriū qñ ſola radix eſt amoꝛ ſui ipſius vſq̨ ad ↄtēptum dei Alioquin ſi referatur in deū ꝑ amorē ei⁹ ſup oia Cū in habētib⁹ ſymbolū faciliorſit tranſit⁹ ceterī. parib⁹. triſticia ſenſualis augebit rationalem et leticia leticiā. niſi de ꝑ accidēs ꝓueniat impedimētum. rōe tpis aut loci. vel ↄplexionis. aut circūſtantie alicui⁹ quā tūc obſeruare ſuadet virtus. et ita ſymbolicam ſilitudinē variare decet. quando plus obeſſet q̨ prodeſſet Diſcipul⁹ Diu iam dum ſedulus attendi que diſſeris voluebat animus dubitatiōez quā modo verbis multis poſuiſti. Cū eñ ꝓ ſtatu vie . confuſa aut ſaltim mixta ſint omnia . ſpes metus meroꝛ gaudium apud ſponſaꝫ. cuiuſcū que fuerit etiam ſupremi et incomparabilis ſtatus. qualem tenuit maria beata. pulcerrima mulierum. non abſurde queritur q̄le ſit exercitiū laudabili⁹. pulcri⁹ atq̨ nobili⁹. vel exultatiōis vel lamentationis. Magiſter Videt deuotus bernard⁹ loquēs de vnguentī. ſponſe pietatis vnguētū ꝑponere precioſi⁹ eſſe vnguento deuotionis et vnguēto contritionis hoc vltimū ſuffūditur ad pedes ieſu. 2ᵐ ad caput qđ eſt de⁹ qꝛ caput xp̄i de⁹. tertiū ad corp⁹ ſuū vngendū. qđ eſt eccleſia nunc militās. que vnctio fit per miſeratiōem alienoꝝ peccatoꝝ. ſicut pꝛimū conficitur ex fecib⁹ contritis ꝓprioꝝ criminū in moꝛtariolo coꝛdis per pilam timoꝛis Scd̄m vero conficitur. ex redolētib⁹ herbis diuerſoꝝ beneficioꝝ per pilā ſeu piſtillū ſpei . contuſū in petra meditatiōis Conſonat grego. et eū ſequēs Richard⁹ in ſuo benyamin. q̨ nullū deo acceptabili⁹ ſacrificiū q̨ zel⁹ animaꝝ. qui tā certo affectu. plangit pcc̄a ꝓximi. q̨ certo q̄s ali⁹ peccata ꝓpꝛia lamentatur. imo pluri affectu quia puriori ⁊ perfectioꝛi potētia mentis et coꝛpis ad lamentum ſm deū diſpoſita Diſcipul⁹ Si res ita ſe habet ineſtimabilis eſt nobis exhibita. ſperandi materia. apud dilectiſſimā et amātiſſimam feminaꝝ. et ↄſequenter apđ ſcōs

ſanctas q̄ȝ omnes iuxta propor/
tionem meritorū Itaq̄ȝ ſi pro pec
catoribus ſaluandis cum tanta
lamentorum anxietate precaban
tur quid agere nunc iſta fornax
ſue charitatis imperturbabilis ꝛ
impaſſibilis ſperanda eſt? ¶ Ma/
giſter Pie vereq̄ȝ cōcludis Quid
ſi ſuperaddidero propoſitiones
aliquas vere fidei et bone ſpei.
de beata noſtra? ¶ Prima q̄
nihil abſoluta voluntate petit
a deo quod non obtineat. Alio/
quin non eſſet idē velle et idem
nolle ſponſi et ſponſe ſed diſſolu/
tio amicitie q̄lis hic eſſe nequit.
¶ Rurſus nemo q̄ petit mariam
pro ſe pie et perſeueranter in no/
mine ieſu ſaluatoris ſui hoc ē ad
ſalutē quin illud maria velit ab
ſoluta voluntate cōpleri. ¶ Rur/
ſus maria voluntate pietatis que
dicitur optatio q̄dam adiutoriū pe
tit et obtinet nūc efficacius a deo
q̄ȝ voluntate ſimili ꝫ paſſibili dū
actu dolebat in mūdo Hoc intel/
ligit bernardus dum dicit. Maria
ſi perdidit paſſionem nō tū com/
paſſiōem ¶ Rurſum maria tripli
citer adiuuat viatores Impetrati/
ue ſi non meritorie xp̄i ſtatū Cō
miſſiue p aliquos angelorū vel
ſcōꝝ quales voluerit deſtinare.
cū ſit ſuprema hierarchiſans poſt
filiū purgando . illuminando et
perficiendo. Cooperatiue q̄nq̄ȝ p
principalem ſui donatōem ſcđm
teſtimonia miraculoꝝ multis ex/
hibita tā in morte q̄ȝ in vita.
Narrat anſelmus cuidā morienti
aſtitiſſe mariā et interrogata q̄/
nam eſſet. Rn̄det Ego mater ꝛ re
gina miſericordie ¶ Rurſus ergo
maria poteſt vt cuiuis in ſuo exi/
tu p̄ns conſolatrix ductrix et p/
tectrix exiſtat. Non aliter ſuo mō
dicere potuimus de oibus ſanctis ſin
gillatim ad robur certe ſpei
Diſcipulus Grata ſūt iſta deuotio
niſq̄ȝ pleniſſima Vellē igitur ſuſ/
cipere ſub doctrina tam ſpecula/
tiua regulari q̄ȝ practica velut ex
perimentali quis ſit orādi modus
maxime ꝓuocatiuus ad lamentū
¶ Mgr Tradit orator tullius. cer
tos locos ſcđm q̄s amplificatur
miſeratio ſiue et indignatio q̄s ti
bi poſſum nūc numerare et ad la
mentationis excitatōem inducē
q̄liter a nōnullis operi factū ſup
lamētatiōes Jēmie ¶ Diſcipulus
Placeret adaptatio ſi nō faſtidi/
ret ꝓlixitas et nō rapina q̄dam
videret aꝓpriatiua ſibi traditio/
onis aliene q̄ oibus patet vltro.
¶ Mgr Veritas a quocūq̄ȝ di/
catur ē cōis oibus et ſingulis que
p generatiōes ſe trāſfert vt loq̄/
tur ſapientia Non enī caruit cice/
ro prioꝝ doctrina Sic de rheto/
rica ariſtotelis q̄ cauſas dat ꝛ ra
dices paſſionum. Sic de tracta/
tu orationis per hugonem ſtudi
oſiſſime compendioſiſſime condi/
to. Sic de rethorica diuina wil/
helmi piſieñ. Sic de meditatio

nibus Anſelmi.bernardi..Augu/
ſtini.Iſidori et ſimilium.fas eſſet
nos remittere ad actiones.et ni/
hil quod nõ nouiter efficeremus
afferre.ne corniculam alienis or/
natam plumis.riſui nos prebere
mus.¶ Diſcipulus Non ita cer
te deſipio.non ita glorioꝛ in arro
gantia nouitatum vt ita ſapiam.
Sed conſilio ſenece ſunt apes i/
mitande. colligentes ex multis
floribus fauos mellis.Itaqꝫ ma
teriam afferre non poſſumus niſi
cõmunem toti ſeculo.Forma .ve/
ro poteſt eſſe noſtra .vt elemen/
ta cõmunia ſunt .ſed per formas
mixtorum in ſpecies diſtinguun/
tur¶ Cuperem hoc modo fieret
inter nos Modus enim tractan/
di quaſi foꝛmalis eſt. tollens ſui
nouitate faſtidium.et inuitans vł
irritans ad aſcenſum. ¶Magi/
ſter Tradidimus in alio tractatu
ſuper initium cantici Marie quin/
qꝫ verba ad que totam ſcriptura
rum ſeriem diximus reducibilez.
et ſecundum que cantabilis eſt o/
mnis melodia paſſionum.¶ Di/
ſcipulus Mente teneo Sunt enim
iſta quinqꝫ Dei magnificentia.
munificẽtia .miſericordia.iuſticia
et nr̃a miſeria ¶Magiſter Quid
ſi ad pauciora reduxero. ſimul
oſtendens concoꝛdiam rhetoꝛice
myſtice diuine qꝫ cum ſeculari.
Diſcipulus Placeret audire. bre
uitas enim memoꝛie.ſimul et or/
dinis et luciditatis eſt amica Ma
gnam quoqꝫ ſoliditatem habet
in ſe doctrina quelibet quam fun
dat natura rerum .a quibus q̃a
neſciunt mentiri gloꝛiabatur a/
riſtoteles tam multa didiciſſe et
phyſice id eſt naturaliter didiciſ
ſe. ¶ Magiſter Celeberrimus
hugo pinxit ſicut in tabula par/
uula radices rhetoꝛice naturalis
orationis inſinuando coloribus
Oratoꝛ quippe nominatur ab o/
rando Unde nomina prouene/
runt oꝛationibus.tullij demoſte/
nis et ſimilium.Sic autem incipit
Quo ſtudio.quove affectu.oꝛan/
dus a nobis ſit deus ex dei miſe
ricoꝛdia et noſtra miſeria ꝛc. Po/
ſitis ſubinde ſpeciebus oꝛationis
cum diffinitionibus.colligit ſe tã/
dem ad tria que pꝛopria ſunt o/
ratoꝛum captantium iudicem in/
flectere.Primum reſpicit perſonã
iudicis. Alterum perſonam ad/
uerſarij.Tertium perſonam pro
qua ſit oratio.Hec vero tria the
ologice reducuntur ad duo pre/
miſſa ſcilicet ad dei iudicis miſeri
coꝛdiam et ad noſtram miſeriam
¶Diſcipulus Quo pacto ſic cũ
indignatio.et inde miſeratio ma/
xime ſolent amplificari.ab aduer
ſarioꝛum inſolentia .crudelitate.
malicia.fraude dolo.aſtucia faci
noꝛe . nequicia . pꝛoteruia .
Magiſter Dicam illud qꝫ theo/
logie pꝛopꝛium eſt attendere.
ſcilicet aduerſarium nihil poſſe
ad augmentum noſtre miſerie.

deo nõ ordināte vel permittente
Propterea Iob afflict⁹ et orator
peritiſſim⁹. p⁹ tot aduerſātꝫ. ſatha
ne crudeles iniurias et perſecuti/
ones. oratur⁹ iudicē deū pro libe
ratiōe ſua. conuertit totā aduer/
ſarij machinatiōem et tyrānidem
in deū iudicē ſuū. ꝑ hūilem cōfeſ/
ſionem Dñs inqͣt dedit. dñs ab/
ſtulit Non impugnat maledictuꝫ
ſathanā nec inſectat᷑ vt raptorem
et ꝑſecutorem Dñs inquit abſtu
lit Sit nomen domini benedictū
Deinde ꝑcuſſus plaga peſſima
ſcimus quid reſponderit mulieri
blaſphemare ſuadenti. Quaſi v/
na inquit ex ſtultis mulieribus lo
cuta es. Si bona ſuſcepimus de
manu dñi. mala aūt quare nō ſu
ſtineam⁹? Ecce mala. ſe de manu
dñi. non ſathane ꝯfitetur accepiſ
ſe Huc accedit ꝙ oīs aduerſā/
tium crudelitas ad noſtre cumu/
lum miſerie retorquet᷑ ſi non aufe/
rat iſtam aut comprimat aut in
meli⁹ vertat. dei iudicis miſericor
dia. Nulla ſane maior miſeria. ꝗꝫ
ſi remota pietate velit nos cū ſe/
ueritate tractare Vides arbitror
quēadmodū theologizātiū orō
fundat᷑ in dñi pietate et in miſeri
cordia. cū cernāt pietateꝫ vnam
dei. alteram ſcōꝝ ſcāꝝqꝫ oīm q̄
ſunt tanqꝫ aſſeſſores iudicis hñ/
tes in ꝯſulēdo. in ſententiandoqꝫ
vocem ſuā Porro iuſticia dei ſpe
ctat ad ſeueritatē. punienteꝫ per
tortores. ſ. demōes. vl̄ hoīes ꝑuer

ſimos. offēſas pctōꝝ Deniqꝫ ꝗc/
ꝗd patimur vn̄cunqꝫ ꝓueniat ꝗd
niſi calamitas nr̄a. ꝗd niſi miſeria
nr̄a cēſebit᷑. ſi non oio in meli⁹ v/
tat iudicis mia? Et certe ſalubri⁹
eſt. hūilius atqꝫ modeſti⁹. totam
aduerſarioꝝ debachatiōeꝫ fremi
t⁹ et hoſtilitatē. deuotis ꝓtinus
fidei oculis. retorqueri ad infalli
bileꝫ diuine ꝓuidētie legē. ꝗꝫ ad
tortoꝝ. nihil abſqꝫ ſuo nutu valē
tiū. crudelitateꝫ. et irā ꝯuertere
Mentior ſi nō ita practicauit p̄s.
Cū tribularer inquit ad dñm cla
maui. Et leuaui oculos meos in
montes ⁊c̄ Ad te leuaui oclos me
os ⁊c̄ Et alibi alios ſine numero
a ſacris lr̄is narratos inuenim⁹
ſic oraſſe. Diſcipul⁹ Perſpicue
concordaſti hugonē ſecū et cum
tullio. noſtraqꝫ v̄ba q̄nqꝫ ſub ter/
nario limitaſti q̄lem q̄ habet. ipo
ſigno thau triāgulari. qđ ē ſignū
lugentiū ſalutare. ſignat⁹ eſt Quo
igitur ꝓgredimur longius. eo ſe
plures offerūt q̄ſtiones. et velut
inexhauribili fonte ſapiētie riuuli
ſcaturiūt. Vox iſta multoꝝ eſt.
Quid lamentū. quid fletus no/
ſter p̄t coram dño cui⁹ ire reſiſtē
nemo p̄t. qui nec penitētia mouet᷑
vt homo. qui res ſic adminiſtrat
vt eas ꝓprios motus agere ſinat
? Qui nos tentari vult. nōne vult
vt hoſtium noſtroruꝫ non obuie
m⁹ inſultib⁹? Nōne diſpoſuit ab
eťno q̄ futura ſūt vt dici valeat
illđ ſibille ad pa. Deſine fata de

um flecti ſperare precādo. Quid tandē eget noſtris vel bonis vel gemitibus et lacrimis. qui cuius vult miſeretur ꝛ quē vult indurat? Sed qm̄ tales inuenio dubitationes alibi tractatas ſtatui nō inſiſtere ꝓ hic et nūc. Cōuerto poti⁹ inqſitiōem ad marie cāticum. Si tres p̄dictas rhetorice ꝑtes in ſe cōtineat q̄ten⁹ inflecteret dn̄m. ꝓ ſalute ꝯſequēda. nedū ſui ſoli⁹. ſed mūdi toti⁹ ſatiſfaciendo ꝑ lamentū. dolorē et fletū. cū nihil audiat̄ reſonare. niſi leticiā. gaudiū. ꝛ laudes. q̄les ꝯfiteor voces hic concrepare ꝯformit̄ ad q̄tuor verba deo ꝯueniētia. q̄ ſunt magnificentia largitas pietas iuſticia. De noſtra ꝟo miſeria ꝟbū nullū. qꝛ q̄d ad iocūdum epithalamiū tibia funerea? ¶ Mgr̄ Erras ſi miſeratione ꝫ vllo tēꝑe vel loco. ſi cantico vel ſilētio credideris in maria defuiſſe. q̄ mater ideo dicit̄ mie quia quodāmodo ſibi ꝓpriū eſt miſerēi miſeris. q̄ figurat̄ apte ꝑ templū ſine ſimulacro dedicatū athenis ſp̄i mie. cui ſolis lacrimis et gemitibus offerebat̄ ſacrificiū. nō ſanguie hircoꝝ vl̄ tauroꝝ de q̊ Stati⁹ Nullis incluſa metallis forma dei. mentes habitare et pectora gaudet Fortaſſis iſta fuit ara. cuius titulum legit paulus ignoto deo ¶ Diſcipulus Patefeceris ergo quod loqueris de lamento marie cum cantico. Proderit itaq̧ pro generaliori cognitione totius rhetorice cordialis. dum exemplo doctrinam firmaueris ſimul et cordulam noſtri pſalterij decacordi quā modo tangendā accepimus cōmodius adaptabis. ¶ Magiſter Et miſericordia ei⁹ a progenie in ꝓgenies timentibus eū Ecce duo miſericordiaꝫ. ſ. dei ſubuenientis. et miſeriā peccatoris timētis deū et orātis Puto nō dubitas de maria q̄n cū ꝓpḃa vidit oīs ꝯſūmatōis finē. Credis p̄terea ꝙ noſtre redēptōis myſteriū fuit finis hui⁹ ꝯſūmationis de qua nō ſiluit xp̄us in cruce. dicens. Cōſūmatum eſt. Cognoſce. ſubinde. q̄t et quātas q̄les et q̄tiens lamentatiōis materias. ſecū habuerit. finis ꝯſūmatiōis hui⁹ myſterij Denicꝫ nō negabis. q̄n maria ꝯſeruabat oīa verba hec ꝯferens in corde ſuo hoc eſt eiꝰ ſecretarij ſui Luce teſtimonium. ¶ Diſcipul⁹ Oīb⁹ his aſſentio. progredere. ¶ Mgr̄ Cōcedis inſuꝑ ꝙ maria non ſatiabat̄ dulcedine mirabili. ꝯſiderare altitudinē ꝯſilij diuini. ſuꝑ admirabili p̄ſſimo myſterio redēptionis generis humani cum ſimile legas de Auguſtino Cuius ſenſus interiores nō erant perfectionis illi⁹. ꝛ perſpicacie. cōparabiliter ad mariaꝫ. At vero leginmus pariter in Auguſti. lacrimas et lamēta. et potiſſime circa mortē. ex duplici r̄cogitatōe legēda ſua teſte. Dū ꝓfūdi⁹ ſecreta diuitati. ꝛ familiari⁹ miſeriā hu

mane fragilitatꝪ. rimaret̄.nec re/
feras volo lacrimas ſuas ad ſo/
lam leticiā qꝛ ſubdit̄ ibidē. ꝙ lu/
gubrem et amariſſimā tūc duxēit
vitam ❧ Diſcipulꝰ Nō adeo ſum
hebes vl̄ incredulꝰ euāgelio vt ne
gem in maria fuiſſe lamentū. nec
i h̄ vlat̄ inq̄ſitio pn̄s Sꝫ duincas
peto lamentaſſe mariā in cātico
❧ Mgr̄ Talia pparare nō ſine ve
volumꝰ.addentes ne dicēda for/
te nimis horreſcas.ꝙ maria iugi
ter in om̄i meditatiōe ſua et ꝯtem
platione dicere potuit. Ocl̄i mei
ſemꝑ ad dn̄m quo ad vim ꝯgni/
tiuaꝫ.Et illud Fiat volūtas tua.
q̊ ad indeuiabileꝫ amoris aſſen/
ſum.quo fiebat vt nullo turbare/
tur fletu.vel lamento ꝯtra iudici
um rōis qđ diuine voluntati per
oia concors erat nihil volēs. niſi
qđ eā velle.volebat ſpōſus.Nūc
accipe finē.cur maria cecinerit in
exultatōe ſp̄s.Magnificat anima
mea dn̄m.Utiqꝫ qꝛ magnificata
erat vehementiꝰ.Cur magnifica
ta qꝛ reſpexit hūilitatē ancille ſue
et qꝛ fecerat ei magna qui potēs
ē vt oīo liberaliſſimꝰ diſtributor
Proīn ſubdit̄ xm in q̊ ſumꝰ.et mi
ſericordia eiꝰ a ꝓgenie in ꝓgenies
timentibꝰ eū.Progredē.tūc ter/
ribile reſonabit.diuine potētie.ſe/
ueritatꝪ.et iuſticie tonitruū aduer
ſum miſeros et miſerabiles tam
hoies q̄ꝫ angelos ſuꝑbos diſper
ſos.potētes depoſitos. diuites.
exinanitos.Nunq̄ꝫ ꝯtractare po/
tuit.ſecū maria.totā vim tante ſe
ueritatis in deo. calamitatꝪ.pōdꝰ
in hōibꝰ nō dānatꝪ.q̄n ꝯpaſſione
mouerent̄ q̄n ꝯcuterent̄.btā viſce
ra ſue pietatꝪ.ꝓ oibꝰ hōibꝰ.p̄teri/
tis et futurꝪ.atq̄ꝫ pn̄tibꝰ.q̄ntuꝫ in
ſe erat ꝯformit̄ ad filiū redimen/
dis ⁊ ſaluādis Diſcipulꝰ Aduer
to qđ intēdis Sꝫ videamꝰ.ſi reco
gnitio diuine ſeueritatꝪ.diſꝑgētis
ſuꝑbos potētes deponētis.et di
uites exinanietis fuerit ipi nō la/
menti ſed gaudij magna matēia
Iuxta illđ.letabit̄ iuſtꝰ(q̄lis pla
ne iuſticia fuēat i maria) cū vide
rit vindictā. ❧ Mgr̄ Letā vo non
negauerim.in ꝯformitate volūta
tis ad deū.ſed acerbiſſime ꝯſta/
tā.ſimul cū vnico xp̄i iniq̄tates
pccā et ſcelera atq̄ꝫ delicta q̄ talē
diſꝑſiōem et exinanitionē deme/
ruerūt.p̄ſertim ꝓ illis q̄s fore re/
dimēdos efficacit̄ p̄ſumebat ⁊ o/
rabat verbis intꝰ in corde fōrtis
et h̄ ore ꝓlatis ❧ Diſcipl̄s Quid
orabat? ❧ Mgr̄ Quatenꝰ iterato
reſurgerēt ad vniōem ſublimati/
onē repletiōem qꝫ bonoꝝ.Nimiꝝ
cū filiꝰ in cruce pendēs ꝓ trāſgreſ
ſoribꝰ orauerit .Pr̄ ignoſce illis
qꝛ neſciūt q̄d faciūt.Audiebat ſe/
pe talia maria.recordata mīe filij
ſui.q̄ ſuſcepit iſrl̄ puerū ſuū Intue
bat̄ ergo maria.dū caneret ꝯtra
ſuꝑbos potētes.diuites.abyſſuꝫ
impſcrutabilē miſeriaꝝ.q̄ inuoca
bat abyſſū miſericordiaꝝ in alte
ra abyſſo.q̄ eſt cataractaꝝ dei.

Cataracte quid aliud dicunt niſi vias occultiſſimas diuinoꝝ iudicioꝝ de quib' ps. Judicia tua abyſſus multa qui terribilis eſt in ↄſilijs ſup filios hoim. Jn cuius man' horrendū ē incidē. dū arripuerit man' ſue iudiciū. dū acceperit ħ ē ad ſe ceperit tp̄s. vt p' mias iudicet iuſticias qñ reprobis ē intonatur' Jte in ignē eternū. Grāde malū ꝓijci a facie dñi et talis dñi. peius dū eiecti maledicunt. Rurſus malū addit. quia pergūt in ignē. Q. d. ꝟbo ſubinfert in ignem eternū. nec eſtimari q̄dē p̄t. quantū ſit horrendū Nōne q̄ſo hec oīa ↄferebat freqnti cordis ↄtēplatiōe btā nr̄a prudētiſſima feminaꝝ! Nunq̄d nō obſecro totos tremor. horrorꝛ dolor occupabat pios artus ſuos. lacrimeq̄ȝ decore manabāt ex oclis q̄uis in dñi volūtate mēs immota maneret. Diſcipul' Nō fruſtra dubitaui q̄ redeo nedū certior de marie lamento. ſed doctior ex iſtis ſiƀa colligē. q̄lia vides ſeriatim ex p̄mo ꝟbo magnificatōis per reliquū cantici. pulcerrimū ordinē reperiri. Null' demū mihi ſupereſt ſcrupul' de ↄcluſiōe collatiōis alteri'. ꝙ in oēs affectionuȝ voces marie ſe mēs. in ħ cantico cū oi facilitate vertebat. et marie dū attēdo. q̄nta puritate. q̄ȝ integra pſpicacitate. ſenſ' intimi cordis ꝑditi erāt ad audiēdū. vidēdū odorādū guſtāduȝ ↄtrectandū. inꝑpretandū ſeu loq̄ndū ſp̄ualia cū corꝑalib' a ſūmo celoꝝ vſq̄ȝ deorſū in opib' q̄ dñs volens fecit in celo et in t̄ra in mari et in oīb' abyſſis. Eſt em̄ ↄtēplatio liber mentl. intuit' ad res pſpiciendas. circūquaq̄ȝ diffuſ'. taq̄ȝ ſi inſtar bñdicti ſub vno ſol radio totus mūd' collect' cerneret. Cōiciēturo de āpliatiōe cordis marie dū de p̄re ſuo ſalomōe legit ꝙ dedit ei dñs ſapiaȝ. ꝛ prudētiā multā nimis. et latitudinē cordis q̄ſi arenā q̄ ē in litore maris. Nēo ſi del dubitauerit q̄n āplitudo cordis. incōpabilis maior emicuerit in maria. Mgr̄. Si ↄceſſa mō volueris cū traditiōe canticordi ↄferre. ↄcludes facilit. ꝙ nedū in toto cātico. ƀ in ſinglo ꝟbo et ad quālibet notulā potuit maria ſit ꝑitiſſima et exercitatiſſima cātatrix. cū organo gutturl. interioris ꝟbula multiplicare. nō eſtimabil armonie. Diſcipul' Cōferā aliās Nūc inueſtigem' ſi lamētatōes Jēmie coaptauerit aliqñ maria cātico ſuo pleno lamētl. cū gaudio. et ſi ſic vtꝝ pl' ad lrāȝ de deſtructōe matēiali hirlm. q̄ȝ ad tropologiā domoꝝ ſbuerſiōeȝ in anima peccatce. intellexerit et ſenſerit ↄpatiēdo ſponſe repudio.

Mgr̄ Nunq̄d oblitus es. q̄ de lamēto culpe ſc̄dm deū mōſtraui m' cui' reſpectu lamentū pene vix eſt alicuius momenti quemadmodū in canticis canticorū. licet

ꝟba ſũt carnalia. ſēſus oio ſpũal
requirendus ē Nõ ſecus intelligē
poſſem⁹ de lamentatiõib⁹ Jēmie
imo generaliter in oib⁹ hymnis
nõ ꝙ lr̃a negãda ſit vel abigēda
ſed ꝙ ſenſus ſuauioꝛ et ſalubꝛioꝛ
latet in medulla. quã ꝑcipue inq̃/
rere decet ſpõſam q̃ ſe dedit ſta/
tui lugentiũ in tp̃e nouiciat⁹ et ꝓ
bati͂õis ſue in hoc mũdo ſub ſpõ
ſo et abbate xp̃o ¶ Diſcipulus
Heu mihi meis ꝗ ſiſib⁹. q̃ totis
nõ dicam hoꝛis. non dieb⁹ : non
ebdomadis ſed menſib⁹ et annis
aridi manem⁹ nõ ſuſpirãtes. non
gementes et flentes in hac lacri/
maꝝ valle. Nunq̃ certe reꝓbati
onis eſtimabit̃ ſignũ. Coꝛ eñ du
rũ male habebit in extremis ſiue
in nouiſſimo Et q̃d aliud coꝛ du/
rũ ꝗ coꝛ lapideũ. coꝛ adamãti/
nũ. ꝓrſus inſenſibile manens ad
oẽs diuinoꝝ canticoꝝ lr̃ãs. notu
las ⁊ voces. Leditur ver⁹ homo
nr̃ / ſpoliat̃ bonis foꝛtune. tollitur
ſ͛ba. O ꝗ mox defletur lacrimis
amiſſa pecunia veris. cũ tñ opoꝛ/
tuerat lamentꝉ. amarioꝛib⁹ aiam
deflere ꝑditam. flere repudiatam
quã ſola moꝛs gehennalis expe/
ctat. Ve. ve. qualiter expectat?
Certe demergendam in ſtagnum
ſulphuris ardentis. vbi fum⁹ toꝛ
mentoꝝ aſcendit in ſecula ſeculo/
rum. ¶ Magiſter Jure flem⁹ dũ
nos flere non poſſumus ¶ Quid
miſerius miſero nõ miſerante ſe?
ploꝛat Augꝰ. Cuius miſerie dum
cauſas inſpicimus. ille multos a
deſperatõe reuocãt. alios in ſpeꝫ
maioꝛeꝫ attollũt. alios foꝛmant.
ad humilitatem. alios in amplio/
ri ſecuritate conſtituũt. nõnullos
vero. dãnabilis ingratitudis vel
inertie reos monſtrãt ¶ Diſcipu
lus Cauſas ediſſere ¶ Mgr̃ Di/
uiſiões itaq; grãꝝ ſũt Eſt autem
gr̃a ꝯpunctiõis lacrimoſe donũ
ſpũſſancti faciens poſtulare gemi
tibus inenarrabilib⁹. Datur ali/
quãdo grã in coꝛde molli et pio
qualem femine⁹ niſi degenẽt ha/
bet ſexus. hic facilis ad lamentuꝫ
ꝯpaſſiõeꝫ et fletũ. Datur alij par
grã deuotiõis. Quis ſit in eo coꝛ
virile ꝓpter ſiccitatem vel ꝯplexi/
onis ratõem. Quis habuit excel
lenti⁹. ſtrennuitatem coꝛdis natu
ralem ꝗ dauid ipſe. qui puer leo/
nem. interfecit. et vrſum Qui iner/
mis goliad multis terribilẽ acie/
bus armatis. inuaſit deiecit. iugu
lauit? Quam magnanim⁹. ꝗ bel/
licoſus. ꝗ victoꝛioſus extiterit le/
gimus. Nulla tamen muliercula
nullus puerulus delicatus ita fa
ciles ſtillat lacrimas : ꝗ faciles
ad deum et ſub deo. vir talis et
tantus rex dauid orando funde/
bat. Teſtes ſunt omnes pſalmi
ſui penitentiales. precipue quos
lacrimis rugitibusꝗ lamẽtis ge
mitibus aſſiduis plenos liquit.
Sũt alij ſe magnanĩmes ꝑ arro/

gãtiam reputantes. iudicio quorum flere indecorum in orõibus aut canticis Sunt qui lacrimarum laudant lauacrum ſed eas hauri re de puteo cordis per cordam meditatiõis. et in peluim oculorũ immittere ſũt inertes. Eſt in aliĳs fons cordis. limo replet᷒ terrene cogitatiõis. vt ſcaturire non valeat Uult alios de᷒ i hũilitate ſicci cordis cuſtodiẽ ne ex effuſione lacrimarũ ſupbiant Supplet in aliĳs carẽtiam intrĩſici doloris cordialis. ꝑ dolores exercitationis corpalis multis modis vt q̃ non hñt irriguũ ſuperi᷒ in corde quo delectenẽ balneati nec inferius quo purgenẽ abluti ipſi tãq̃ ferrũ vel es vel argentũ ponanẽ in camino tribulationis. animas clarificare vel emollire valentis. Sũt qui nauſeãt ſup mãna delicatiſſimo verbi dei ſuſpirãtes ad alliũ vel pepones vel carniũ ollas egypti. carnales ſcꝫ delectatiões in fabulatiõib᷒ in rumorib᷒ in deſiderĳs mundi continuis. Poſſunt aliquando tales plorare fatemur. ſed fletu ſeculi non ſcd̃m deum. quem iterum deflere neceſſe erit quia mortem operatur. tã culpe q̃ pene eterne. Uidebis alios qui preſentis miſerie curas. rumoresq̃ vndiq̃ alienas inutiles imo noxias veroq̃ lamento contrarias ſemper accumulant. ¶ Diſcipulus Uetas ergo flere damna ſeculi. mortes parentũ ſubuerſiones regnorum. ſtrages corporum. Ubi erit illud apoſtoli flere cum flentibus. vbi pietas naturalis᷒. vbi chriſtiana charitas. vbi compaſſio proximorũ᷒.

¶ Magiſter Fortiter impellis ſi non reſtitero. aut ſi non cautus aliorſum declinauero. Utrunq̃ difficile ſed armabit nos gladi᷒ biceps verbi dei viamq̃ faciet euadendi. Paratus eſt hic gladius aperire ſepem obicis tui. diuidendo lamentum. iuxta diuiſionem circũſtantiarum. potiſſime finiũ qd̃ fiet theologice. ſi fodiamus originem lamenti ſecũdũ duplicem moralis ſcaturiginis ſue venam. Hec vena certiſſime amor eſt. Quis eñ flet niſi quia leditur amor ſuus. ſ. qd̃ amat in ſe vel in altero Porro philoſophi ſcd̃m diuiſionem boni triplici. triplicem amorem poſuerunt Theologizans ſiquidem aug᷒. coartat amorem ſub duplici fine. ſimul cũ origine proportionali dicens. ꝙ eſt amor ſui. ſupple vel ſuorum: vſq̃ ad contemptum dei per inobediẽtiam preceptorum. Et ẽ cõuerſus ad priorem euerſum. qui eſt amor dei vſq̃ ad contemptũ ſui ſupple et ſuorum ¶ Diſcipulus Non refugio diuidentem hũc gladium ſi viam patefeceris per eũ ¶ Magiſter. ¶ Dum quis flet damna bonorum temporalium.

ſcd̄m aliqd̄ genꝰ boni. vel hono/
rabilis. vel vtilis vel delectabilis
ex primo amoris ſui in finez ꝯtē/
ptus dei. nemo xpianꝰ dubitaue/
rit. q̄n peſſimꝰ ſit et deflendꝰ fletꝰ
iſte. ¶ Diſcipulꝰ Nec dubito. ſed
mediū inuenio qui nec ad deū di
rigit̄. nec contēnit ip̄m. qualis eſt
pius amor naturalis bonꝰ de ge/
nere. ¶ Mgr̄ Pellis iteꝝ ad aliđ
Demū ſi ſit aliq̄s actꝰ indifferēs
inter bonū morale et malū. et int̄
bonū meritoriū et malū demeri/
toriū. Declinemꝰ ad pn̄s talem
introitū et dicamꝰ ſub ꝯpēdio de
fletu deliberato. bono vel malo.
ex vltimo fine deo. cū circūſtātijs
ad finē illū poſitis vel neglectis
ſeu reiectis Non eīn agit hō lamē
tū in genere ſed agit lamentuz in
numero teſte ariſtotele qr actōes
ſunt ſingulariū. Fit igitur lamen/
tū cum circūſtātijs et fine Quiſ/
q̄s ergo flet deliberate tꝑalia vel
ſe ip̄m aut ꝯdidit ꝯditiōem deo
quā apponē xp̄s docuit tā verbo
q̄ꝫ exēplo ſuo. Veruntn̄ nō ſicut
ego volo ſed ſicut tu Fiat volun
tas tua et ita plorat meritorie. ſi
dicto ſuo nō diſſentit affectꝰ vel ef
fectꝰ ſuꝰ. Si vero ꝯditiōem hm̄oi
nec affectꝰ nec effectꝰ plorātis ad
diderint actu vel habitu. lamētuz
iam eſt ſcl̄i nō ſcd̄m deū. et mortē
oꝑatur Loquimur tn̄ expreſſius
de fletu humano ſcꝫ libero. Non
eīn eſt in ptāte nr̄a q̄nq̄ꝫ multis
viſis aut ſenſatis nō plorare. con

tranitēte etiā volūtatis affectu ꝑ
tꝑe ¶ Diſcipulꝰ Sūt aliq̄ qui nec
vno modo nec alio mō flere pn̄t
etiā dū affectāt. qualit̄ implebūt
illud apl̄i ꝑmiſſū. flere cū flentibꝰ
? Sūt qui lamētatiōibus ita ſunt
abſorpti ſeu depreſſi ꝙ gaudē cū
gaudentibꝰ vim nō habēt.
Mgr̄ Una eſt ꝑ oēs paſſiones
cōis difficultas. et ſiquidem deſit
facultas ſufficit et ſupplet volun/
tas. Ecce debet aliquis modo fle
re cū flentibꝰ: gaudē cū gaudēti/
bus nō inuenit fletū. deſidēt aut
deſiderare cōcupiſcat imitando
pſalmiſtam Cōcupiuit inquit ani
ma mea deſiderare iuſtificatiōes
tuas in om̄i tꝑe. Valet hoc con/
ſiliū in multis et apud multos. tn̄
maxime paruulis in xp̄o. nōdum
habentibꝰ exercitatos ſenſus ꝑ
conſuetudine boni operis. aut q̄
tentationū pondē vel interiꝰ vel
exteriꝰ conturbant̄. dū in eis ob/
tenebratur intellectꝰ. alligat̄ affe/
ctus. obturat̄ affatus. tollitur ef/
fectus Suppetūt exēpla plurima
pro pluralitate ſcandaloꝝ vt a
carne ſicut in leproſis et phi/
locaptis et egrotis. vt a mūdo
ſic̄ in calūniaz paſſis. ſpoliatl. car
ceratis. et alijs mille modis. vt a
diabolo Demū a diabolo nullꝰ
eſt qui ſe abſcondat qui circuit
aſſidue querens quem deuoret.
¶ Sit aliquis cui dedit ociū de/
us vacandi ſibi. ſit ſegregatꝰ in
heremo. vel cenobio ab hūanis

turbinib⁹ q̄cq̄ȝ non ignoret bella
opiniões ve belloꝝ cū ceterl. De
quibus ait gregl. ꝙ neceſſe ē mul
ta mala ꝑuenire vt malū valeant
ſine fine nunciare Aut ſi ſit talis
in ſeculo ad quē nihil de regimie
publico ſpectat tpali vel ecclaſti
co Aut forte nihil ꝑcipit auditu
de talibus qualis erat in balſa
vas baſamite ↄtemplationis et
ſeraphice ſurſuȝ deuotiõis maria
magdalene .qualis altera maria
egyptiaca qualis prim⁹ heremi/
cola paul⁹ Queritur ſi fas ſit cui/
libȝ taliū nec lugē nec gaudē ꝓ
ꝓximis q̄s ↄtinēs mūd⁹ exagitat
viciſſitudinibus infinitl. Hoc nō
abſurde queri.ſciet ille qui ↄgno
uerit plures acerrimos pati ſeru
pulos.ſi non defleant belloꝝ va
rios euentus mutationes q̄ȝ re/
gnoꝝ Sapiens eſt dicūt alij qui
non curat in cui⁹ manu mundus
ſit Quid ſi pereūt pitura. Tales
cõtrarie conditiõis referūt ſene
ca.et flacc⁹ pħs In⁹ puto eracli/
t⁹ ad oēm occurſū hoim ridendo
cachinnabat Adeo nihil ſeriū ſi/
bi fieri videbaᵗ Ali⁹ democritus
hūanos inceſſanter deflebat er/
rores.de quo mirandū dicit flac
cus .vnde oculis tantus ſuffece/
rit humor. Nemo in primis ob
ligaᵗ ad lacrimas exteriorl. oculi
ſufficiūt ille cordis.ſeu iudicij rati
onis que nihil aliud dicūt q̄ȝ cõ/
paſſiõem aliene miſerie. que com/
paſſio interior deſiderat ſubleua/
tionē facere ꝓ vt oportet et q̄uo
oportet cū ceteris circūſtātijs . ſi
facultatē haberet Null⁹ ꝓterea
tenetur pro quolibet tpe vel incō
modo.ↄpaſſiõem affectualeȝ vel
effectualem accipe. dū occupatio
ſuppetit in affectionib⁹.et operib⁹
alijs ſaltē bonis.et ſi nō eque vel
magis bonis Non eñ teneᵗ ho/
mo ſemp ad meli⁹ faciendū Tol/
lit hec doctrina ſcrupulos ab oi/
bus de quib⁹ inquiris. ſi ſe circa
diuina et ſpūalia ſepius afficiāt
humanis affectionib⁹ non inſpe/
ctis.quibus obuiare ſuū non eſt.
nec ex officio vt ſupponitur.nec ex
nc̄itatis articulo.dum ꝑt afflictl.
probabilr aliunde ſuccurri. Ce/
terū nemo pius et ſapiens imita/
tor eſſe debet alterutrius pħorū
quos inducis.quia miſeriam al/
terius ridere.intēperantis eſt et
ſuperbi. Dolē ꝟo qualibȝ ſorteȝ
hūanam.intolerabilis eſt miſerie
vel inuidie ſtultiſſime.de q̄.in iob
Stultū occidit inuidia. Et ſatyri/
cus Inuidia ſeculi non inuenere
tyranni.tormentū mai⁹ Et flacc⁹
Inuid⁹ alteri⁹ rebus marceſcit o/
pimis Hinc q̄dam cū vidiſſȝ tri/
ſtem alium. Euenit tibi inquit ali/
quid mali.aut alteri aliq̄d boni.
Rurſus appropriate.pro xp̄ia/
nis ſcientibus illud apl̄i. Diligen/
tibus deuȝ omnia cooperanᵗ in
bonū.et ꝙ dei ꝓuidentia in ſui
diſpoſitiõe nō fallitur. Addimus
pro ſerenatiõe.conſciaꝝ de q̄b⁹

inquiris. ꝙ ſecure poſſunt in om̄i recogitatiõe miſerie tp̄alis. ſit il/la ꝓpria. ſit cõis in ſolaciũ recipe oĩa que ſcripta ſunt de patientia tribulationũ ſuſtinēda queadmodũ petr⁹ admonet oēm curã noſtram. et ſolicitudinē ꝓijcere in eum. non ſolũ tuã de te. ſed omnez de oĩbus. Nec ēm tibi pl⁹ oneri debet eſſe cura vel ſolicitudo aliena q̄ꝫ ꝓpria. vt nõ excutias iſtam ex hũeris tuis ſup deũ. Lege quēadmodũ xp̄s in cruce. tanq̄ꝫ grã dei dilectiſſimã ꝯmendauit mrēm ſuo dilectiſſimo diſcip̄lo. nec poſt modũ de mr̄e verbũ vllũ inuenies ¶ Hoc itaqꝫ exemplo docemur cruci religiõis affixi. domũ p̄ris et mr̄is obliuiſci. et eē ſup t̄rã ſine prē ſine mr̄e et ſine genealogia Quiſq̄s iſta ꝯpleuē̄it. ſerena pace gaudebit in vtrãqꝫ paratus fortunam tp̄alium. vel dextrorſũ vel ſiniſtrorſum quaſi neutri⁹ partis exiſtens. niſi quã deus monſtrauerit eligendaꝫ. nõ ꝙ nõ oremus pro principib⁹ et amicis iuſte certantib⁹. ſed ꝙ omnino voluat̄ et terminetur ad hoc centꝛ. orõ. Fiat voluntas tua ¶ Nunquid non hoc modo reſiſtētes inuicē apud danielem angeli habent ſub expectatiõe diuine diſpõnis concordiam? Potes addere ꝙ ꝓ varietate circũſtantiaꝝ expedit. nũc diu/ti⁹ frequentari lamentũ. nunc vo gaudiũ ſpũs pl⁹ aſſumi ¶ Exem de duob⁹ fr̄ib⁹ . concluſis. in carcere penitētiali. Vni⁹ meditatio magl. erat ad penas inferni q̄s demeruerat alteri⁹ ad gaudia paradiſi que ſperabat. hic ſcõs pulcro. vegetoqꝫ corpe. alter ſqualida cute. vix oſſib⁹ herente. ſententia priũ in eis par meritũ. iudicauit. ¶ Poſtremo teneat̄ pauli determinatio cũ ſapiente. omnez triſticiã ſeculi a corde pellendam. Qđ ſalubriter p̄t ad oēm paſſionem. ſit gaudiũ. ſit ira ſit deſiderium ſit timor. qñ nõ eſt ſcđm deuz apte trahi Nõ ē aũt ſcđm deum ſi tollat aut non edificet debitum religioſe deuotiõis affectũ vel effectũ vel intellectum cum affectu ¶ Diſcipul⁹ Ne miſeris quib⁹ licebat flere. ſibimet ipſis totos intendere. vacare. et vidē qm̃ ſuauis eſt dñs. qui nihilomin⁹ ſe derelinquunt nec ſe nec alios digne flentes qui rumorum fabulationibus indulgent. ſed non vt lex tua dñe qui gratis occupãtur. nil ꝓ futuri. cogitatõibus vagis. q̄bus cũ ſe oblectauerint dicēte ſeneca triſtes manēt. nec ſibi nec alijs vtiles. Inutiles crebro. quia tēpa furantur. rem precioſiſſimã nec redituram. graui poſtremo ſe faſce onerãt impediũt circũligãt mergunt per murmur. per detractiones per leticias de caſu inimicoꝝ per crudeles incõpaſſiões ſuper perditiones animaꝝ gaudentes de partialitate valitura nihil alijs. obfutura plurimũ ſibi. Dicũt

tñ hoc agimus⁊ querimꝰ. vt ore/
mus attentiꝰ. imo vero vt ſeduliꝰ
vos dãnetis. ¶ Mgr̃ Jntras ſa/
tyram cui nulla poterit par eſſe
tragedia quin potiꝰ redeamꝰ ad
btẽ noſtre lamentũ. qḋ nobis ſit
in exẽplar fructuoſe lamentatõis
¶ Diſcipulꝰ Neſcis q̃ntũ doleaꝫ
plenꝰ indignatiõe ſpũs. ¶ Mgr̃
Uide ne lacũ intres queꝫ fodiſti
gemens fruſtra. fer eos q̊s non
habes fas corrigẽ timori quoqꝫ
dei locũ linque ¶ Diſc. Cõfera/
mꝰ laudo de btã pulcerrima mu
lieꝝ nedũ q̃nã mõ lamẽtata ſit ⁊
plorauerit. ꝟ de q̊libꝫ vniuerſaƚr
affectu qualiter vſa fuerit in can/
ticl. ⁊ hymnis canticordis, hoc eſt
in exultatiõe cordis ſui ¶ Cetẽ nos
interea deſerãt mordaces et no/
xie curaꝝ muſce. mentis irruẽtes
oculis et ſuauitatẽ deuotiõis. cuꝫ
ſabbati trãquillitate ꝑdentes
Mgr̃ Reficiat tñ antea nr̃i labo/
rem multiloquij quies oportuna
ſilentij ¶ Cras agemꝰ vt voles ¶ Cu
iuſlibet interea ſigillatim apud ſe
vigeat recordatio. lamentũ nu/
triens et ꝯfirmãs timoratũ apḋ
deũ q2 miſericordia eiꝰ a ꝓgenie
in ꝓgenies timentibꝰ eũ.

## Sequũtur decẽ ⁊ octo

consſiderationes.

¶ Prima ſit miſericordia dñi ti/
mentibꝰ eũ. Letetur cor meũ vt ti/
meat nomen tuũ. nomẽ ſcm̃ et ter
ribile. Scio canente te btiſſima
virgo teſte ꝓphetico ſermone. q̊a
beneplacitũ eſt dño ſuꝑ timentes
eũ et in eis qui ſperãt ſuꝑ mia eiꝰ
Jũgiƚ merito ſpes de miſericor/
dia ad timoreꝫ de iuſticia. Sicut
eñ nomen dñi reddiƚ ſcm̃ et ſua/
ue ſperãtibꝰ. ſed ne dulcedo mel/
lei ſpũs plꝰ ꝯmendaƚ q̃ꝫ ſatis eſt
terror addiƚ diſtrictionis iuſticie
q̊ſi ſalis ad ſaporem Terret te o
aia. deꝰ vltionũ dñs. deꝰ iuſtus ⁊
iuſticias diligens. alliciat miſeri
cors in eſſẽtia. ⁊ miſerator in ef/
ficacia. dñs ſuauis et multũ miſe/
ricors. Damnat te thronꝰ iuſticie.
adi cũ fiducia thronũ mie dũ liceꝫ
appellare. dũ adhuc dies ẽ ꝯpati
onis. dũ mia ſedet in throno ſuo
que exuperat iudiciũ ¶ Caue ne dif
fẽas. q̊uſqꝫ dñs accipiat tp̃s a te
tunc vtiqꝫ iuſticias iudicabit nec
appellare licebit. Ecce. confugit
ad thronuꝫ mie. reus iſte o btiſſi/
ma virgo regina mie. defende iu
ra curie regni tui cũ filio tuo. dũ
ſedes a dextris i ea dũ tp̃s ẽ miſe
rendi ¶ Defer appellatiõi mee ſuſci
piẽs eã ad te. Nõ remittas ad ſe/
deꝫ iuſticie. qm̃ terribilis ẽ nimis
et aggrauãs et inſuſtentabilis i/
ra eiꝰ. Horrendũ ẽ deniqꝫ incidẽ
in manꝰ eius. ḋt aplus ¶ Audio
q̊d moneat. imo iubeat mia. Si
vis miam fac miam et ama eam
ſerua leges curie q̊s dictat mia.
Quales leges? Dimittite ⁊ dimit
temini. Nolite iudicare et nõ iudi/

Tract.vi. ſup illo di
cabimini. Date et dabit̃ vobis. In qua eni̅ menſura menſi fueriti. remetiet̃ et vobis. Deniq̃ iudiciu̅ ſine mia. fiet ei q̃ no̅ fecerit miſericordiã Remota mia. et q̃s iudiciu̅ ſuſtinebit? Credo d̃na q̃a ſic eſt. adiuua incredulitate̅ meã Conſci⁹ itaq̃ ſu̅ mihimet ipi ꝙ ex corde. deſidero dimitte̅ debitoribus meis. ſicut et vult et precipit miſericors fili⁹ tuus ſed trepidat conſcia ſup effectib⁹ Deſiderium paupis exaudiet dn̄s. pparationem ɔcupiſcentl. dimitte̅ magl. aſpiciet. q̃ȝ ad exhibitio̅em opis. Si no̅ ſatis effecero qd̄ in me fieri ɔcupiſco. vt dimittantur mihi peccata mea fiat mihi ſcd̄m deſideriu̅. qualiter ea cupio mihi dimitti. dimittaȝ et debitorib⁹ imo generalr̃ vniuerſis deſideret Igitur miſericors fili⁹ tu⁹ O regina mie deſideret te ora̅te. q̃ten⁹ mihi dimittat pcc̄a mea. certe cum ſibi ſuppetat poſſe in om̄i qd̄ deſiderat Si deſiderare dici p̄t. dimittet. vtiq̃ tale̅ me faciet cui dimittere iã ſit op⁹ iuſticie ſue. q2 pmiſſionis. dimittite et dimittet̃ vob̄. Dica̅ tn̄ aliqua quoꝝ mihi videt̃ eſſe teſtis conſcientia. ſi fallitur corrigat̃ Dimitto tali deuotione cuilibȝ debitori pro xp̄o inuita rea. ꝙ nullu̅ volo reu̅ fieri debiti pene gehe̅nalis et tandem a paradiſo ſecludi. Abſit hec iniq̃tas tam crudelis. Dimitto ruſ⁹ tali ro̅e. ꝙ nulli velle̅ penas iferri

mitte mi debita mea ſic vt pene ſunt. vr̄is iniuſtis. Nullas inſup moleſtias pcurare fieri iuris ordine. qui tu⁹ eſt o de⁹ inſtru pto. Si au̅t p te aut tuos iudices ſubordinatos. iudiciu̅ infligis ſic ad correctõem maloꝝ. et innoce̅tiu̅ ſubleuatio̅em aut ɔſolatio̅em Benedict⁹ tu in oib⁹ opib⁹ tuis. q2 iuſta ſu̅t in oib⁹ vr̄is Oro plane mihi ſic dimitti iniquitates meas p afflictio̅es in p̄nti. ſub manu mie tue. q̃ten⁹ no̅ reſeues eas. vbi et qn̄ horrendu̅ eſt incide̅ in manus da̅nantis iuſticie tue. Da mihi miſero. mater miſericordie. q̃ten⁹ miſerear aie mee. placens deo. habea̅ odio iniquitate̅. q2 q̃ diligit iniquitate̅ odit aiam ſuaȝ Quid au̅t infelici⁹. q̃d crudelius. q̃ȝ odire aiam ſua̅. q2 q̃ ſibi neq̃m cui bon⁹? Sentio d̃na mie. ſentio fateor. et ſi negare p̄ſumere̅. me̅tiretur iniquitas ſibi. Se̅tio ve miſero mihi. ɔmotiones aliq̃n variaſ. aduerſus ſil̃es mihi pcc̄ores. aut minus pcc̄ores preſertim ſi m̄ aut meis verbis vel opib⁹ moleſtias inferu̅t etia̅ ſi iuſte ſu̅t Renitor'o d̃na du̅ veniu̅t ɔmotio̅es ad iudicium ſuperioris rationis vellem no̅ moueri. non iraſci. non formidare non conturbari. ſ; imperfectu̅ meu̅ videru̅t oculi tui. gemo ſub ponde̅ veteris ho̅is mei. velle pacis. mihi adiacet. ſed poſſe non inuenio. Fiat dn̄e volu̅tas tua. ſicut in celo ro̅is ſic in t̃ra ſenſualitati. Sed ſ; aliq̃n d̃r non ex

toto perfecte.quouſq; abſorpta
fuerit mors in victoria.laborabo
et onuſt⁹ ero q̄diu ſū peregrin⁹ a
te.¶Onerat corp⁹ onerat quoti/
dianū op⁹.onerat peccās ꝓxim⁹
onerat diabol⁹ aſtut⁹.caro blan
dicijs.mund⁹ anguſtijs.demū ſic
on⁹ graue.ḡuate ſūt ſuꝑ me iniq̄
tates mee cum oībus iniuſticijs.
Succurrāt obſecro q̄drige tue.
q̄drige aminadab q̄ volūtarius
interpretat̄ ¶Benigne fac dn̄e
in bona volūtate tua mecū. i. bn̄
ignite age cū q̄drigis his virtu/
tū ignitis.vt helye.Subleuent fi
des ſpes et charitas Veniāt eq̄
tractores q̄drigaꝝ cū rotis q̄ttu
or virtutū totidem cardinalium.
Iſta.vij.onera moleſtiaruz fides
on⁹ corꝑis.ſpes on⁹ oꝑis.chari/
tas onus ꝓximi peccatoris: Pru
dentia ſuꝑet aſtutiaz.tꝑantia cō
cupiſcētiam.fortitudo triſticiam
Juſticia poſtremo oēm nequiciā
Letetur cor querētiū dn̄m. Jubz
hec virgo ſuauiſſima fili⁹ tuus to
tus deſiderabilis p ꝓphetam Fi/
at in me qđ iubet.Fiat qđ ſequit̄
Querite dn̄m et ꝯfirmamini. q̄ri
te faciem eius ſemꝑ.Jta dn̄a ſim
numeratus in generatōe q̄rentiū
dn̄m.q̄rentiū faciem dei Jacob.
Ve quid tibi et leticie pc̄cor ſtoli
diſſime!Nunq̄d nō audis. nonne
paueſcis verbum ſapientis!Non
decent ſtultū delicie Nonne legis
ꝙ melius eſt ire ad domū luctus
q̄ȝ ad domū cōuiuij!Et rurſū Ri/
ſum reputaui errorem.et gaudio
dixi.cur fruſtra deciperis. Sz ex
aduerſo.conſolātez.et ꝯſulentem
audio.Delectare in dn̄o ⁊ dabit
tibi petitiōes cordis tui . Totus
deniq; pſalmoꝝ decurſus inuitat
ad exultatiōem.gaudiū et laudē
nedum hoīes.ſed generalit̄ oēs
creaturas.Hinc de hoīb⁹ in ſpāli
Beat⁹ homo q̄ ſcit iubilationem
Quid āt eſt iubil⁹ niſi gaudiū cor
dis intēſuz.qđ nec retineri p̄t it⁹
nec foris exprimi.Hilarez ad ex
tremū datorem diligit de⁹ One/
roſa res dn̄o ſuo .ſeru⁹ triſtis De
lectat alacris hilaritas obſequen
tis Qualis honor dn̄i ſi ſeru⁹ ſēꝑ
horreat cum tortorem.vt deluſo
rem.vt irriſorem et tyrannum!
Crudelem litem hanc o aīa xp̄ia/
na iam ſcripſimus abſolutam ex
ap̄lica diſtinctione de triſticia et
leticia ſecundum deum.et ſcđm ſe
culū.ſcđm veterem ⁊ nouū hoīez
¶Ceteꝝ finis et intentio leticie
tue nomen imponet. ſi timorata.
Letetur inquit ꝓpheta ad dn̄m
cor meum.quo fine vt timeat no/
men tuum Si cum modeſtia Gau
dete in domino ſemper .Sequit̄.
Modeſtia veſtra nota ſit omibus
hoībus Si ſuauis in ſpiritu ſācto
Si gratus.ſi ſeria .ſi modeſta . ſi
ſubtriſtis in veteri hoīe.ſi verecū
da coraz domino.ſi vilis ſibi ſpe
ret in miſericordia dei.ſi lacrimo/
ſa cum decore . ſi querulosa cum

pace.exultabunda cum timore.
Cōmonitio deniq̨ ſapiētis Qui
diligitis dn̄m timete illuz.ecce ti/
morem. Deinde de miſericordia
et leticia ſimul in oblectatōem.i.o/
mnē lactationē.vobis veniet mi/
ſericordia Recte quidez ad ma
rie canticum.et miſericordia eius
a progenie in progenies timenti/
bus eum. Unde ꝓpter generale
in omnes beneficium Magnificat
anima mea dn̄m Initiū q̄ddam
tangens modum expōnis mora/
lis ſeu tropologice lamētationū
Jeremie. Aleph Quomodo ſe
det deiecta.et eiecta.ciuitas ani/
me mee.prius plena ꝓplo virtutū
omnium.nunc ſola et ſolitaria fa/
cta.locus ſpinarum.⁊ vepriū pec
catoꝝ Facta eſt ipſa pri⁹ dn̄a gē
tium per ſubiectiōem paſſionum
omnium.nunc velut mater vidua
non habens viri.dei ſui protectio
nem.aduerſus tyrannidez demo
niorum Ipſa dudū princeps pro
uintiarum.que ſunt ſenſus ſui iure
ſubditi ſuo principatui. facta eſt
eis ſub tributo duriſſime ſeruitu/
tis.in luto luxurie.paleis ſupbie.
latēibus auaricie.fornace ferrea
totius miſerie Beth. Plorans
plorauit aſſidue in afflictiōis no/
cte.⁊ lacrime eius voluūtur in ma
xillis eius exterius. Non ē qui cō
ſoletur eam.ex omnibus caris e/
ius.angelis et ſanctis caris eius
et omnes amici eius ſpreuerūt eā
quia videt a ſponſo ſpretaz.et fa
cti ſunt eius inimici.zelantes ad/
uerſus miſeram et ream.pro ho
nore dn̄i.quem offēdit Gymel
Migrauit iudas deſerēs animaz
meam ne confiteret̄.et hoc ꝓpter
afflictionem culpe totiens repeti/
te.et multitudinem ſeruitutis ve/
recunde.quam habet totiens ite
rata.nec valitura propter conti/
nuum recidiuum /confeſſio De
leth Uie ſyon que ſunt itinera.
quibus anima ſcandit ad ſpecu/
lationem diuinorum.lugent.duz
materiam dant lugendi.eo ꝙ nō
ſit bonus et altus cogitatus. qui
veniat ad ſolēnitatez gaudentis
affectus. Omnes porte eius.ſenſ⁹
videlicet exteriores. ſunt deſtru/
cte.peruerſis ſecantium ſecuribus
Sacerdotes eius.vires ſuperio/
ris rationis.gementes pro voce
exultationis et confeſſionis. vir/
ginales olim affectiones ſue ſunt
ſqualide turpes⁊ fede. Quid plu
ra et ipſa tota eſt oppreſſa amari
tudine viciorum pro ſuauitate.
ſanctorum bene olentium vnguē
torum

## Sequitur tractatus

ſeptimus principaliter ꝓſaic⁹
de mente cordis. et cognitio/
ne dei ſuper illo quinto ver/
ſu. Fecit potentiam in bra/
chio ſuo.per notulas.C.quin/
quaginta.

### notula Prima

Fecit potentiam in
brachio ſuo diſper
coſmi ſeu minoꝛis mundi in coꝛde
ꝑſidētis in domo. Dicamꝰ animū
et animā virū et vxoꝛē. ſponſum et
ſponſā quoꝝ ſepe vox eſt eadē. Si
cut idē eſt nō coꝛpꝰ ſed aīa ⁊ almꝰ
Preficiṫ huic domui et vniuerſe fa
milie cogitationū et affectionū ſpi/
ritꝰ deifoꝛmis vice ſancti ſpūs factꝰ
idem cū eo. Nā q̇ adheret deo vnꝰ
ſpūs eſt. Et hec emphatica nō eſſē/
tialis locutio qua fit vt abſtractū
ponaṫ ꝓ ↄcreto. deꝰ ꝓ diuio. et ꝓ
ſpūali ſpūs vt fiat vehemētioꝛ exp̄ſ
ſio. Supeſt ſermo de triplici modo
ↄiugij myſtici qđ celebraṫ cuꝫ aīo
et aīa iuxta triplex habitaculum in
triclinio domꝰ coꝛdis. Diuerſificaṫ
nempe ↄditio anime ꝓ varietate
habitaculoꝝ coꝛdis. Vnū eſt infi/
mū. aliud mediū. tertiū ſup̄mū. Ani
ma tanq̄ꝫ ancilla eſt in infimo. Ani
ma quaſi ſocia et libera ⁊ cōpar re
ſidet in medio ꝫ aīe in ſup̄mo loca/
te nō dñaṫ. non iūgiṫ animꝰ vir ipi
ſic habitāti tanq̄ꝫ ancille vel ↄpari
ſed vt dñe ſue cuſtos oꝛdinatꝰ ⁊ in
ſolatiū datꝰ. Ego maria talis da/
ta ſū in ſponſā virginali meo viro
iuſto Joſeph. Nō vt me hūiliaret.
non vt parerē ex eo. ꝫ vt cuſtos et
teſtis et nutritiꝰ ſedulꝰ eſſet. Pepit
eliſabeth vxoꝛ libera. quanq̄ꝫ ſteri
lis ex viro zacharia tanq̄ꝫ i medio
cenaculo. Pepererūt ancille Jacob
ꝑ miniſteriū bala et zelpha ꝓlem
in inferioꝛi cenaculo cū liberarum
lye ⁊ rachel filijs numēatā. Loquēs
introduciṫ aīa in canticis cāticoꝝ.
dū reſidet in ſupioꝛi cenaculo duz
vult eſſe vēbigena nō ex virili ſemi
ne naturalis animi. ꝫ myſtico ſpira
mine ſolꝰ ſpūſſancti q̇ eſt ſpūs ver
bi diui. Vox eiꝰ ē. Oſculeṫ me oſclo
oꝛis ſui. Et paulo poſt. Indica m̄
q̄ diligit aīa mea. vbi paſcas vbi
cubes in meridie. nō q̄rit infimū. nō
mediū ꝫ ſup̄mū in meridie eterni/
tatis cubiculū vbi et cenaculuꝫ eſt
refectionis cibi q̇ nō perit. locꝰ pa
ſcue vbi nihil deerit. Erat aīa mea
ſm melioꝛē ſui poꝛtionē q̄ ab emi/
nentia mens diciṫ ↄcluſa in hoc ſu
pioꝛi cenaculo qn̄ fec̄ mihi magna
q̇ potēs eſt. Cōplacet dñe deꝰ meꝰ
rex vniuerſe creature tue. Cōplacꝫ
recoꝛdari et conferre in toto coꝛde
meo ſupꝛa. ſub. et in medio. qualia
quāta qꝫ fuerūt magna q̄ fecit mi/
hi magnificatꝰ vehemenṫ et glorio
ſe. Miſſus eſt angelꝰ tuꝰ gabꝛiel in
ciuitatē galilee. q̇ tranſmigratio. q̄
volubilis. q̇ rota ꝑ interp̄tationem
ſignificaṫ ꝓpter volubilem ad iuſſa
tua ꝓmptitudinē. Poꝛro nomē ci/
uitatis ab vnitate quaſi ciuiū vni/
tas Nazareth aūt a floꝛitione nun
cupaṫ. Jure quidē qꝛ flos campi in
ip̄a nutritꝰ eſt. Eram deſponſata
viro. vere ſic dicto a viribꝰ et virtu
te. vē nōiato Joſeph ab augmēto.
vere de domo dauid a nobilitate
et manſuetudine. erat virgini mihi

nomē maria. Nō eram a viro cog
nita vel ɔgnoſcenda. Uotū obſta
bat. ſimul et ordo diuine ſapientie
ɔſtitut' ab eterno Salutauit ingreſ
ſus angelus ad me ſolitariā. clauſo
litterali et ſpirituali cubicl'o. Dixit
Aue gr̄a plena dn̄s tecū. Colloca
ueraz ad hoſtiū cuiuſlibet cenaculi
prudentē. p hoſtiaria cognitionem
Hec vt audiuit angelicā ſalutatio
nē ſtetit et cogitabat ſecū et mecuz
qualis eſſet illa ſalutatio. non erat
preceps ei' ɔſiliū. nō ſubit' ad quē/
libet ingredientē et blandientē ap/
plauſus. me turbatā ɔſolat' eſt an/
gelus. me nomine meo vocās. Ne
timeas inq̄t maria. inueniſti gr̄am
apud deū. Gr̄as deo ꝙ inueni. q̄a
inueni quē multū diu qȝ queſiuerā.
ꝑmiſit me ɔcepturā paritur̄ā qȝ fi
liū Jh̄m nōie. q̄ eſſet magn' et fili/
us altiſſimi vocaret̄ Promiſit datu
rū illi dc̄ū. ſedem Dauid pr̄is eius
ꝑmiſit qr regnaret i domo Jacob
in eternū et regni eius nō eſſȝ finis
Erat itaqȝ regnū illud nō terrenū.
qđ vtiqȝ. finit̄. ȝ celeſte. Fallunt̄ er/
go iudei meſſyā expectātes. neſcio
quē tpaliter apud eos regnaturū
cū potentia pompa qȝ ſeculari. cuz
de pauptate regnaturi meſſye. de
paſſione et abiectione ſua ꝓphecie
om̄es ad tp̄a meſſye reſpicietes im
plete ſint Queſiui modū ab angelo
docuit et exēplū elizabeth ɔgnate
ſterił induxit. Cōſeſi dicēs. Ecce an
cilla dn̄i. fiat m̄ ſ̄m verbū tuū. Jūxi
cū hūilitate nature magnanimita/

tē fidei et gr̄e. Cōcepi mox filiū al/
tiſſimi. Mulier a ſexu nō corruptōe
ſic dicta. virū mox circūdedi qr to/
tū in v̄tute pfectū. Predixerat hoc
Jeremias. Faciet nouū dn̄s ſup ter/
rā. mulier circūdabit virū. Fuit hec
ɔceptio mirabilis in infimo cenacu
lo aīe mee. imo ſub ea. i parte vege
tatiua nutritia et generatiua. Hāc
humilitatē ancille ſue reſpexit i car
ne mea de' Nā maſce feminea. q̄o
hūili'. Mirabat̄ olim ⁊ nūc letabit̄
⁊ letata cantabit deo ſalutari meo
oīs ecc̄ia ſcōꝝ. Tu ad liberādū ſuſ
ceptur' hominē nō horruiſti virgi
nis vteꝝ. Beata ꝓſus et dignati
ua ſuſceptio. vn̄ me mr̄ez dei. mr̄ez
gr̄e. mr̄ez mīe. me beatā deniqȝ di/
cēt om̄es generatōes. vn̄ collauda
būt ꝙ extollēs q̄dāz mulier de tur
ba vocē dixit. Beat' venter qui te
portauit ⁊ vbera q̄ ſuxiſti. Sed nō
horruit plane. Cōceptio nēpe ꝑus
effecta eſt in ſupiori cenaculo cor/
dis p virtutē gr̄e ſeminalis q̄ v̄gi/
nalē aīe mee porciunculaz eleuauit
diuinit' vt eſſem mater verbi p di/
gnatiuā ſuſceptionē. ꝑus. in mente
q̄ȝ in carne. Tūc tenebre ɔgnitōis
n̄re moralis lucē nō tā ɔphendert
q̄ȝ apphēderūt. Nihil em̄ aliud ab
ip̄o. plene ɔprehēdit ip̄m in īo ip̄m
Tūc dedit om̄ib' quotq̄t recepert̄
eū ptātē filios dei fiēi his q̄ credūt
in nōie ei'. dum nos diuinitatis ſue
participes eē tribuit Felix o Jobs
generis n̄ri lux et dec'. felix q̄ miſſ'
es a dō vt teſtimoniū phiberes de

lumine: et de his q̄ ad dexterā al/
taris incenſi. q̄ orāte vniuerſo pplo
q̄ p gabrielē. que cū pphetatiōe fu
turi meriti. que cū ſilitudine ad he/
lyā repromiſſa ſunt fuit celebrata.
Grata mihi erit recordatio tpis il
li⁹ qn̄ de nazareth licentia recepta
a virginali ſponſo. a iuſto Joſeph
abij in montana cū feſtinatōe. Jn/
traui i domū zacharie ſalutaui eli
ſabeth. exclamauit ſalutata. Et vn̄
hoc mihi vt veniat mater dn̄i mei
ad me? Cauſā addidit cognitōnis
exultatōez infātis in vtero. Subie
cit. beata q̄ credidiſti. qm̄ pficient
ea q̄ dicta ſūt tibi a dn̄o Magnifici
nēpe pprietas eſt dſūmare qđ ince
pit. et certe dei pfecta ſt opa. Sub
didi protin⁹. ipm ore pprio qđ diu
mēte ꝑus tractauerā canticū nouū
in iubilo. Magnificat aia mea dn̄z.
Et exulta. ſpūs me⁹ in deo ſa. meo.
Mouebat ſpūſanct⁹. ſpūs bn̄dicti
fruct⁹ ventris mei totū cor meū. vt
in aia et in ſpū cū exultatōe magni
ficaret dn̄m. Dederat iā cognoſcē
poſteriorē decurſū p oēs geneātio
nes ſeculoꝝ. quātū iudicauit talis
fili⁹ illuſtrare talē matrē p bn̄placi
to volūtatis ſue. Hinc iſta ꝑnunci
atio pphetica. Ecce em̄ ex hoc bea
tā me dicēt oēs generatōes. Jun/
gunt alie poſtmodū in heracordo
pſalterij de mia dei. in pgenie ⁊ p
genies cū reliquis. Ptuēo delectat
plurimū oferre in corde meo ſuper
iſtis nōib⁹ dn̄m ⁊ đo ſalutari meo
Eſtimauerūt pſcrutatores ſeculi ꝙ
pter relationē actualē ad creatu/
ras de⁹ ab eterno dict⁹ fuerat dn̄s
Sz ſi vniuerſa creatura ouemret i
vnū. poſſet exꝑmere vocē ſupplicez
pr̄is mei dauid. Conſerua me dn̄e
dixi dn̄o. de⁹ me⁹ es tu qm̄ bonoꝝ
meoꝝ nō eges. De⁹ itaqꝫ ſicut fuit
ab eterno ſine creaturis de⁹ Jta di
ci pt̄ fuiſſe dn̄s nō p actualē ſed p
aptitudinalē creaturaꝝ poſſibiliuz
ad ſe relationē. De⁹ em̄ pleniſſimo
et liberrimo iure dn̄at ſue creature
ſiue ſit ſiue nō ſit Pōt em̄ ſi vult edu
cē in eſſe nō exiſtētes. et rurſus eas
in nihilū redigē q̄ iā exiſtūt. cui nul
la pt̄ creatura dicē. Cur ita facis?
Qualis eſſz hec in dn̄o maieſtas. i.
magnitudis ſtat⁹ ſi ad ſui magnitu
dinē de⁹ creaturis exiſtentib⁹ indi/
geret? Vidit aia mea i arce poſita.
dom⁹ cordis mei. magnificū nimis
et immenſū dominiū dn̄i dei. Ceci/
nit idcirco p iubilū Magnificat aia
mea dn̄m. Excitauerā p pſalmiſte
vocē crebri⁹ eā. Bn̄dic aia mea do
minū. et oia q̄ intra me ſūt nōi ſcō
ei⁹. qꝛ ſanctū nomē ei⁹. Cōſideābā
qꝛ nihil accreuerat ſibi. ẞ creaturi.
ex eaꝝ pductiōe Nulla eſt apud eū
trāſmutatio neqꝫ viciſſitudis obū
bratio. Sp eſt q̄ eſt. ſp q̄ potēs eſt.
Et hoc eſt ꝑmū ſanctū nomē eius.
Qui ē inq̄t miſit me ad vos. Addi
dit ſpūs me⁹. Exultare poterat p
om̄i laude. ſatis eſt deū nōiare deū
qm̄ mai⁹ eo cogitari non pt̄. Addi
dit ad exꝑſſionē vſitatiſſimo more
toti⁹ ſcꝑture maxime pſalmoꝝ. Jn
deo ſalutari meo. Prolixus nimis
eſſet ſermo ſi myſteriū otētū in ver

bis iſtis dño deo ſalutari meo. q̄re
ret exp̄mere. Myſteriū ſiq̄dez beatiſ
ſime trinitatis cū app̄op̄atis pſo/
nap̄ ɔtinet̄ his terminis. dñs deus
ſalutaris me⁹ ſimul et habitudo cre
ature intellectualis ad ip̄az trinita
tē. Capax em̄ ei⁹ eſt ſola. et p beati/
tudinē p̄ticeps ip̄i⁹. i. pfecte capax
eſſe p̄t. Spectat dñs ad potentiaz
adiutiuā actu vel aptitudine. Spe
ctat de⁹ ad ſapientiā p̄uiſiuā. Spe
ctat ſalutaris et me⁹ ad bonitatez
reductiuā. Compat̄ oīs creatura
quātūcūq̄ȝ tenuis entitatis ad iſta
tria vñ ſortit̄ vnitatē veritatē ⁊ bo
nitatē aliquā. ſuo modo p analogi
am ad p̄mū ens. vnū. verū. bonum
Sortit̄. modū. ſpēz et ordinē. Sor
tit̄ deniq̄ȝ menſurā numeꝝ et pon/
d⁹. Reddant̄ ſingula ſingulis. Por
ro creatura intellectualis longe al/
tiori et diuiniori p̄ximiori q̄ȝ digni
tate potentiā ſapiaz et beniuolētiā
diuinas imitat̄. Dicebat̄ nūc ratio
q̄ꝛ triū iſtoꝝ capax eſt. Et q̄uo ca/
pax? Certe p memoriā. ɔgnitionez
et amorē. Deniq̄ȝ p influentiā gra/
tuitā pfecte capax. hoc ē particeps
eſſe p̄t. Nulla ſiq̄dez alia creatura
ɔpat̄ ad deū ſicut ad obiectū cog
noſcibile. amabile et memorabile p̄
ter intellectualē. Sola igit̄ ſcit ⁊ p̄t
ſi vult magnificaē creatorē omniū
vt dñm ſuū. vt deū ſuū. vt ſalutare
ſuū. et ita ſuū vt ſemel habitum ⁊
poſſeſſū nunq̄ȝ pdē poſſit inuita.
Fuit in me ſpecialis rō cur appella/
ret̄ ſalutaris me⁹ q̄d eſt Jhs me⁹.
xp̄e maternalē p̄rogatiuā. ſm̄ quā
voluit etiā dici fili⁹ me⁹ imo ⁊ ſubdi
t⁹ eſſe me⁹. O de⁹ altiſſime q̄s q̄lis
quāta maieſtas quāte humilitati?
Sȝ minuit admirationez dū venit
ad pc̄tores ſeru⁹ eſſe. opprobriū ho
minū et abiectio pleb̄ vſq̄ȝ ad mor
tē crucis. Dat̄ hic documētū q̄tin⁹
ad hec nōia. dñs deus me⁹. aīa vel
ſpūs ſp aſſurgat in timorē ſanctuz
xp̄e maieſtatis dominiū. In hono
rē piū xp̄e ſapie dec⁹ eximiū q̄ ſua
dignitate trahit et allicit. Deniq̄ȝ i
amorē ſincerū xp̄e poſſeſſionis bn̄
ficiū. Etem̄ pl⁹ amam⁹ q̄ nr̄a ſunt.
Nomē xp̄o ſalutaris et ſalutis ɔple
ctit̄ hec tria. q̄ꝛ replet indigentiam
iraſcibilis q̄ tēdit in arduū. rōnalis
q̄ tendit in honeſtū pulcrū et verū.
necnō ɔcupiſcibilis q̄ ſe iūgit ⁊ in/
timat ad bonū ɔſūmatiuū et vniti
uū. vmbris dēlictis quo fit vt tur/
piora iudicet et horreat recta rō q̄
magis eā ab honeſtatis nobilita/
te et libertatis ſede deĳciūt ſic luxu
ria et gula. Pulcerrima p̄inde xp̄gi
nitas nūcupat̄. Trahit̄ hec altiſſi/
ma et p̄ſus iugit̄ rumināda ɔſide
ratio ex ip̄is nature p̄prietatibus.
Natura q̄ppe filia dei p̄rēz imitat̄.
Cōcluſerūt ph̄i cultores ſui q̄ non
p̄t inueniri niſi triplex rō boni. vtil
ſcȝ delectabilis ⁊ honeſti. Rurſum
triplex hec rō tō nō repit̄ i alĳs q̄ȝ
intellectualib⁹ creaturl. et hoc aduē
terūt pauci nimis. Creature inaīa/
te tendūt in ſolū ɔueniēs eis et vti
le abſq̄ȝ delectabili. ſ. ad loca ſua p

ꝯſeruatione vel ad actiones ꝓ ſui
multiplicatõe ne ſpẽs deficiat. Cre
ature ſenſitiue tendũt vltra bonuꝫ
ſuũ vtile ad delectabile ſed nõ ad
honeſtũ. Creature intellectuales tẽ
dũt ſub hac rõe triplici ad obiecta
ſua maxie ad honeſtũ. Vex ſi qdeꝫ
ſi recte ſũt. aut ſolũ apparẽs ſi ꝑuer
ſe. Eſt eñ ſingularis et eminẽs ꝓpri
etas aie rõnalis vt appetentiſſima
ſit honeſtatis. Sũt in aialib⁹ et aui
b⁹ ꝗbuſdã qdaꝫ ſimulacra ꝯcupiti
honoris. qꝛ pugnãt vt vincãt. ꝫ ra
dix eſt nõ honeſtũ bonũ ꝫ vtile. vt
ꝓ nidis. vel delicioſũ ꝓ cibis et ꝓ/
lificatõe. Siĉr et brutalib⁹ hõib⁹ ꝗ
ꝯꝑati ſũt iumentis inſipiẽtib⁹ ꝗb⁹
nõ eſt intellect⁹. Nõne magnificus.
nõne potẽs dñs. ſic magnificãs et
extollens aiaꝫ et ſpm̃ rõnalẽ. ſic ꝑ
hoc triplex bonũ replẽs. ſi nõ ĩple
uerit om̃e in bonis deſideriũ ſcꝫ ꝗ
repletio beatitudinis eſt cõſũmate
fũdamẽtũ. Magnificate igit̃ mecũ
dñm o filij hoim et exaltem⁹ nomẽ
ei⁹ in id ipm. Canãt oẽs et dicant
ſinguli mecũ. Magnificat aia mea
dñm. Itaqꝫ bonũ eſt ꝯfiteri dño ꝛ
pſallẽ nõi tuo altiſſime In decacor
do pſalterio cũ cantico in cithara.
Omĩpotẽs pr̃ tu⁹ o ſpũalis aia ꝗ
poſſidet fecit et creauit te noluit te
derelinquẽ ſine muſica delectatiõe.
Voluit in ꝑmis te in cãticis exerce
ri. Nutriũt hec amorẽ ſanctũ. qꝛ ſpi
ritũ exhilarãt. delectãt mentẽ et le/
tificãt. oblectãt aiaꝫ. Totũ ꝓinde
cordis tricliniũ. gaudio replent in

voce exultatõis et ſaluti. Cõpletur
ille decacordi pſalterij dauid pr̃is
mei finis in vnũ. Ois ſpũs laudet
dñm. Spũs vt dixim⁹ eſt architri/
clin⁹ cordis. ꝑnceps cordis Icono
mus dom⁹ ſue vocat̃ ex nature ſue
ꝓprietate liberꝝ arbitriũ aut ſpũs
liber arbitrio. Cõſurgit ptãs ei⁹.
ex aio et aia. viro et vxore. modis
expoſitis. Nõ eñ eſſet ſpũs liber ſi
ſola ſibi ptãs eſſꝫ ꝑceptiua. nõ etiã
motiua. Neqꝫ ſi ptãteꝫ habẽt mo/
uẽdi ſe nõ etiã ꝯgnoſcẽdi ſe. ſpũs li
bertate pollẽt. Et qm̃ ptãs vtraqꝫ
ſibi ꝯuenit facultas a facilitate dr̃
illa ptãs. Sic eñ duo ſimul ꝯueniẽ
tes ad tractũ nauis facultatẽ ſorti
unt̃. quã nõ hꝫ quiſqꝫ ꝑ ſe ſumpt⁹.
Sic ad ſcribendũ ꝯcurrũt ocul⁹ vi
ſione ſua dirigẽs. et man⁹ digitorũ
motu ſcribẽs. alioqn nõ eſſet facul
tas. hoc eſt facilitas in formatõne
lr̃aꝝ hoc plane cognito memorit̃
qꝫ retento fiat adaptatio finalis.
qũo ꝯcordat pſalteriũ cũ cãtico et
cithara. Dicat igit̃ ipẽ ſpũs. Exur
ge glĩa mea. exurge pſalteriũ et ci/
thara. Sonet pſalteriũ ab alto. fi/
diculas hꝫ ex auro vel auricalco.
Dat ſpũs deiformis aio et aie dũ
reſidẽt in excelſo cordis habitacl̃o
tanqꝫ in arce ſyon ꝗ eſt apex men/
tis. Dat inqꝫ pſalteriũ. dat idẽ ſpi
rit⁹ aio et aie dũ manent in infimo
tabernaculo citharaꝫ. ꝗ ex imo ſo/
nat. ꝗ ex corio deſiccato et tenſo cũ
cordulis neruoꝝ tortis cõtexta eſt
i ſignũ mortificate carnis. Subinde

canticum ꝯmemoratū inter pſalte
riū et citharaȝ dat ſpūs aīo et aīe.
ſponſo et ſponſe. dū mediū locum
myſtici cordis tenēt. In pͥmo ſola
eternitas. In ſcḋo euiternitas. In
tertio materialitas inſpicit̄. Veni/
et etas qñ ꝑtrāſibūt plurimi ⁊ mul
tiplex erit ſcia. qñ ſapia abſcōdita
in myſterio copioſi⁹ eluceſcet. Mul
ta em̄ habeo ſuꝑ iſtis dicere q̄ mō
portare nō pt̄ vnuſq̄ſqȝ. Exurgat
cū diluculo ſpūs exhilarat⁹ ex pſal
terio decacordo cū cātico in citha
ra. Exurgat in gloria ſua. exurgat
diluculo. dū aurora lucis ꝑ grām
rutilat. dum hyems infidelitatis
trāſijt. imber carnalis ſenſus abijt
et receſſit trahēs deorſū. lumēqȝ cō
glutinās flores ſanctoꝝ deſiderio
rū pulcerrimi et vernātes apparue
rūt in terra q̄ ꝑus mortis et aliena
facta eſt vite et nr̄a. Tp̄s putatio
nis palmitū min⁹ vtilium aduenit.
Vox turturis caſti gemit⁹ ſuauis
qȝ planct⁹ audita eſt in terra nr̄a q̄
a vicijs dēlicta deſerta eſt. ȝ virtuti
b⁹ ſpecioſa pingueſcens et vberri/
ma fic⁹. q̄ ſicut vitis et oliua noluit
deſerere dulcedinē ſui fruct⁹ vt re/
gnaret int̄ ſterilia ligna ſeculi. ꝓtu
lit groſſos ſuos. vinee florentes ſb̄
vnica vite q̄ eſt eterna ſapia. et ſub
agricola pr̄e odorē dederūt. bonis
in vitam. ȝ malis eſt odor mortis.
Quid ſupeſt niſi vt vox ſpūs dei/
formis imaginē hn̄s dilecti nūc au
diat̄ et dicat ad aīaȝ quocūqȝ fue/
rit habitaculo collocata. Surge ꝓ
pera amica mea immaculata mea.
et veni colūba mea. Columba ꝓut
manet in inferiori. Immaculata ꝓ/
ut tenet ſupi⁹. Amica ꝓut reſidet i
medio. Audiat̄ ſequēs exhortatio
Oñde m̄i faciē tuā. Sonet vox tua i
aurib⁹ meis. Vox em̄ tua dulcis ⁊
Facies tua decora. Quidni reſpon
deat amica delicijs plena. Dilect⁹
me⁹ mihi ſuauis ē pulcer ⁊ decor⁹.
et ego illi. qꝛ delicie ſue eſſe cū filijs
hoim. Nā ſi delectabit̄ de⁹ in opib⁹
ſuis. quāto putād⁹ eſt ampli⁹ dele/
ctari i hūana natura quā poſſidet
in filiā et heredē gratiſſimā quā fe
cit in imagine pulcerrimā. quā cre/
auit in facultate liberi arbitrij ſub
ſe potētiſſimā. Siq̄dez ex ip̄o crea
ta eſt in eſſentia immortalis ꝑ ip̄m
facta ſeu formata eſt vigore ꝑcepti
ue intellectualis. in ip̄o poſſeſſa eſt
in vi affectiua ſeu dilectiua. dū ad
ſuū principiū redit circularit̄ ꝑfecti
bilis. Laudauit i pſalterio aīa mea
dn̄m ſub duplici cordula. Prima in
exultatōe ſpūs In deo ſalutari meo
Rapta q̄ppe ſū in cordis arcē. etiā
in ſpū. imo et extra ſpm̄. Exemplo
regine Saba que ad aſpectū ſapie
ſalomonis in ordinatis opib⁹ ſuis
nō habebat vltra ſpm̄. Et certe pl⁹
q̄ȝ ſalomon hic Pſallit hinc ꝓpheta
Dauid pr̄ me⁹. Quā magnificata
ſūt opa tua dn̄e. Oia in ſapia feci/
ſti. Impleta eſt t̄ra poſſ. t. imo ele/
uata ē magnificētia tua ſuꝑ celos
et terrā. Hic eſt in cui⁹ ſalutari defi
cit aia mea dn̄e de⁹ me⁹. Oculi mei

defecerūt in ſalutare tuū Mirabilis ꝓſus ꝫ felix hec defectio. Laudauit in cithara aīa mea dn̄m. magnificās eū. qꝛ reſpexit hūilitatē ancille ſue mortalitatē ī me ſuſcipiēs nature. Laudauit in cantico aīa mea dn̄m ꝑ vniuēſos modulos q̄ ſequūtur in hexacordo. Gr̄a cū eliſabeth q̄ dei ſaturitas interꝑtat᷑. ſic̄ et zacharias dei memoria. Hec de filiab⁹ Aaron ī lege ꝓphetꝫ. et pſalmis eruditiſſima vetus mulier et noua mr̄. Sꝫ in antiq̄s eſt ſapia maxime dū part⁹ Jo̅bis. i. boni opis ī quo gr̄a comitatur. Laudauit hec eliſabeth dn̄m exclamās voce magna ī cātico oris. Senſerat em̄ ex Jo̅bis ꝑ gaudio et exultatōe dn̄i p̄ntiā in me cāticū incepit a me. Bn̄dicta tu in mu. et bn̄d̄. fru. vē. tui Et vn̄ hoc mihi vt veniat mr̄ dn̄i mei ad me? Erat zacharias ſapiētiſſim⁹ qꝛ ſacerdos dei altiſſimi. ꝑdiderat ꝓ ſigno vſū vocis. quem nata vox clamātis dei poſtmodū mox vt nomē ſcꝑſit, reſtituit. Cōtuleram⁹ plima ſpacio menſiū triū. eliſabeth ⁊ ego v̾bis. illi nutib⁹ et ſignis Pro tin⁹ vt ſolutū eſt vinculū lingue ei⁹. collaudauit dn̄m diluculo naſcētis aurore ꝑ gr̄az roriflue. Canticū ei⁹ fuit ſub triplici tetracordo et perſonuit ter nomē ſalutꝫ. Et q̄d ſal⁹ niſi Jh̄s. Et q̄d ſal⁹. niſi virt⁹ replēs totā indigentiā ſui paſſi? Quid hec ſalutaris repletio in hōib⁹ niſi btificatō? Quid hec beatificatio. niſi bn̄dicta viſitatio? De qua Job Et viſitatō tua cuſtodiuit ſpm̄ meū. Bn̄dictus igit᷑ dn̄s de⁹ qꝛ viſi. ⁊ fe. r. pl. ſu. Et exaltauit cornu ſalutꝫ. nob. Sꝫ vbi exaltauit cornu ſalutꝫ. hoc eſt potentiā ſalutarē? Subdit In domo dauid pueri ſui. Poſſē ꝑ ſingulos modulos decordare triplex hoc tetracordū zacharie in. xij. v̾ſiculis cum meo pſalterio decacordo. Dixit ſalutē a dn̄o factā ī domo dauid pueri ſui. Sic̄ locut⁹ ē ꝑ os ſcōꝝ ꝛc. Cōſonat vltimis pſalterij mei v̾ſiculis Suſcepit iſrael pu. ſu. Sic̄ lo. eſt ad pa. nr̄os. Dixit ſalutem ex inimicis futurā et plebē hūilē deo ſeruiturā In ſāctitate et iuſtitia corā ipō Totā hanc ſniaz meum ꝑſonuit hexacordū. Colloquēs et alloquēs puerū cū q̄ iā erat man⁹ dn̄i. Preibis inq̇t. añ faciē dn̄i. ad dandā ſciaz. nō ǭlecūq̄ꝫ. ꝫ ſalutis. ecce tertio iaꝫ dicta ſal⁹. Inde ē ꝙ reuelauit angelus cariſſimo v̾ginali et iuſto viro meo Joſeph de bn̄dicto Jh̄u ſācto meo. vocabis nomē ei⁹ Jh̄m Cauſā addidit. Jpe em̄ ſaluū faciet populū ſuū a pccīs eoꝝ Pretereundū nunq̄d ē cāticū angeloꝝ? Jmo magis eo ꝯmemorādū. q̄ ſubito facta ē cū angelo multitudo militie celeſtis q̇ chorū ducens. Premiſit hic chor⁹ caſtroꝝ pſalteriū inchoās a ſūmo. Glia in excelſis deo. Junxit citharā cū pſalterio. Et in ter. pax ho. bo. volūtatꝫ. Vox ipoꝝ laudātiū deū nōne cāticū ē? Nōne ſit̾ eſt cāticū in ipa tā multiplici et ſedula paſtoꝝ laude? Reuēſi ſūt glorificātes et laudātes deū. Silem⁹ paſtorales ad lram fiſtulas tympanū et

choꝝ.cordas et organū tibias et
cimbala. Plus anagogia nos dele
ctat nec incōmemorat⁹ abibis O
ſymeon.iuſte.pie.lōganimis.timo/
rate. Tu veniēs i ſpū i tēplū dū in/
ducēm⁹ ego et pr̄ ei⁹ pueꝝ iħm cū
oblatōnib⁹ hoſtiaꝝ.cū redēptione
q̄nq3 ſycloꝝ. Tu pueꝝ i vlnas ſuſ
cipiēs.⁊ gr̄as agēs cecinisti Nunc
dimit.ſer.t.d.ſ.v̄.t.in pa.q2 vide.ꝛc
Sufficē potuerat.p ſūma laudis ⁊
glie v̄bū h̄ ſatis vnicū exp̄ſſiſti Lu
mē ad reuelatōez gentiū. Cōtuliſti
mecū de ſuſceptōe iſrael pueri ſui.
vocās ipm̄ ſalutare. gloriā plebis
ſue iſrael. Exhilareſce nūc rex ⁊ pr̄
me⁹ dauid pſaltes dn̄i. Cōpleri ſen
tis et intelligis.exhortatiōes tuas
totiēs i pſalmis poſitas iteꝝ iterū
q3 repetitas. Cātate dn̄o cant.no.
Exurge gl̄a mea exūge pſal.⁊ cith̄
exurgā dilucl̄o. Hz aliq̄d diluculū
iſtud myſterij.etiā intellectū lr̄alıt̄.
Dixit Dauid alio loco me ſignifi/
cās Sācitificauit tabnaculū ſuū al
tiſſim⁹. Adiuuabit eā de⁹ mane dilu
culo Dedit ⁊ titulū pſalmo illi cui⁹
initiū fuit v̄bū i cruce filij mei De⁹
de⁹ me⁹ vt q̄d me dēliquiſti. Dedit
inq̄3 titulū p ſuſceptōe matutina.
Petit in cātic.ſpōſa.ſponſū. Mane
ſurgam⁹ ad vineas qn̄ .ſ. aſpiret di
es eternitatl.et inclinēt vmbre mortl.
h⁹ Rurſus int̄ tot opa dei fc̄a ōme
moratio ſpālis ē p ꝓphetā diluculi
Tu fabricat⁹ es inq̄t aurorā ⁊ ſolē
Et ſane.q̄d aurora pulcri⁹.q̄d iocū
di⁹.q̄d ſalubri⁹! Ad hōies venit in
ſuſceptiōe matutina ros luc.ros re
frigerās.ros fecūdās Rorat dſup
iuxta votū ꝓphete. Rorate celi de/
ſup. Inde dn̄s ait. Ego ros ⁊ iſrael
q̄i liliū germinabit. hoc rore ꝑfuſa
ꝯcepi ſacietatis fructū. h̄ rore mēs
impleta inſtar teſte oui rore pleni
trahit̄ a radijs ſolis in excelſū. Ci/
thariſāt i aurore diluculo. pſallunt
iubilant alacrit̄ volucres ſpūales.
Sūt exultatōes dei in gutture eoꝝ
q̄b⁹ excitat⁹ ois ſpūs exurgit dilu
culo laudare dn̄m. Cauſat hec oia
ſol oriēs nōdū viſus. Sol i q̄ poſu
it dn̄s tabnaculū ſuū q2 nihil i reb⁹
ſēſu ꝑceptibilib⁹ efficaci⁹ manudu
cit ad deū et inſenſibili ꝯpat̄. Sunt
iſta i ſole.lux.vigor.fulgor.feruor.
ſub ſyllab explicata ſeptē. Lux emi
nent̄ ꝯtinet hec tria q̄ ſunt ꝓprieta/
tes ei⁹.vigor.fulgor.feruor. Vigor
(q̄i fecund⁹ plena luce) ꝯtinet emi
nent̄ fulgorē. Vigor ⁊ fulgor cōti/
nēt eminent̄ feruorez et ibi ſtat⁹ cū
circulo q̄dam. Fulgor et feruor re/
deūt ad vigorē eſſētiali luce plenū
ſeu fecūdū velut ad parētē. Cōfor
mit̄ in dinis.eſſētia dina cōis trib⁹
pſonis.ꝯtinet eminēt̄ ipas cū omi
b⁹ pfcōib⁹ ſimplicit̄.nō tn̄ formalit̄
etiā ſm ponētes i dinis formales
pfectōes. Pr̄ fontalis ē plenitudo
dine eſſētie potēs generare filiū.ſic
vigor lucis fulgorē ſuū. Pr̄ et fili⁹
ſūt ſufficiēs p̄ncipiū ſpūſſācti. ſicut
vigor et fulgor ſūt p̄ncipiū feruorl.
et ibi ſtat⁹ q2 fili⁹ p acceptā vim ſpi
ratiuā reddit ſe et ſpm̄ſanctū patri
Trāſeam⁹ ad imaginē ſpūs hūani
dicam⁹ ipm̄ eſſe lucē ſic vere eſt lux

Et eo pfectioꝛ quo meminit. intelli git. et diligit. ſe qꝫ ſup ſe reflectit. q̄a ſe pcipit. qꝛ ſe mouet dū pcipit. et pcipit dū ſe mouet circūinceſſione mirabili. Eſſētia ſpūs ꝯtinet eminēter vigoꝛē memoꝛie fecūde. ⁊ h̄ ꝯtinet eminenter fulgoꝛē intelligentie. Duo āt hec vigoꝛ memoꝛie et fulgoꝛ intelligētie ꝯtinent euidenť feruoꝛē amicicie. et hic eſt ſtat⁹. qꝛ reflexio fit ad fōtale pncipiū dūmō redit finis ad pncipiū p mediū. qꝛ ſi linee tres recte ſūt q̄libet de puncto ad pūctum ſm oꝛiginē reſultat triangul⁹ intelligibiľ. Sꝫ qꝛ finis redit ad ſuū pncipiū p mediū. ncc̄e ē intelligi ſperā aut circulū. Qui pōt puro viuaci et irreuerberato ſpūs oculo ꝯſiderare q̄ dixim⁹ de architriclino vel iconomo coꝛdis nr̄i poterit i ſe et p ſe tanq̄ꝫ i ſpeculo et p ſpeculū ꝯgnoſcē ſe in ſe. Et p ſe poterit ꝯñter rapi a ſe et ſup ſe ad ſapiētiā d̄inaꝫ q̄ p ignoꝛātiā ꝯgnita eſt ſm vnionē ſup mētē. Ex ſi defic̄ in multis fidelib⁹ hec ſapia. ſola fides ſpes et caritas ſufficiūt in gr̄e eſſētia radicate. et i ea ꝟtualiť. imo ſupeminenť repoſite etſi nō foꝛmaliť. Opꝫtet em̄ i om̄ib⁹ ſic fieri vt oīa participēt vno et ad vnū ꝯgregēť ſm varios oꝛdines vſqꝫ ad monadē d̄ine eſſētie q̄ fontaliť eſt in pr̄e. Sic potētie aīe ad ei⁹ eſſentiā. Sic habit⁹ oēs ꝟtutū. donoꝝ ⁊ btitudinū ad vnā gr̄aꝫ referūť. Deniqꝫ ſi ꝯtētio de tot diſtinctionib⁹ ſm foꝛmas metaphiſicales ſit rōnalis et quātū rōnalis ſeu min⁹ nc̄cia. magis ex hoc ptꝫ ſi diſtinctio p relatōnes in d̄inis ſit maxīa q̄lis p abſoluta fingeť. Colligiť altēa ſilitudo. lucis ſolis ad lucē ſpūs. Lux ſe diffūdit p mediū nō impeditū ſm totā ſperā ſue actiuitatꝭ. Manet tñ i ſe iugiter ſuus vigoꝛ fulgoꝛ et feruoꝛ. Diuin⁹ ſpūs ſtabilis ſp in ſe diffūdit ſe p oēs creaturas q̄i cētꝝ oim p illapſū ſm eſſentiā pñtiā et potētiā. Nihilomin⁹ ambit et pꝛeambit creaturas vniuerſas q̄i circūferentia. Rurſus ad rem nr̄aꝫ ſpūs hōis tot⁹ ē in coꝛde carnali ſic̄ centrū et⁹ influens et radiās ad totā circūferētiā coꝛdis. Spūs ꝟo nō inde minus ē ambiēs et p̄ambiēs totū coꝛ q̄i circūferētia ei⁹. Qui fixo poſſet hāc et aq̄lino ꝟitatē oculo ſpūs intueri. pfecto faciliꝛ ad oia q̄ dicta ſūt de deo et de ſpū nr̄o pſpectus ſu⁹ eſſꝫ. Sꝫ reuerbēať ꝑpť ꝯiūctionē ad ꝯtinuū et fātaſmata et ad h̄ et nūc donec puritate mētis poſſit ſpūs ad vnitatē ſe colligē et collect⁹ ſtare. Sꝫ o dñe de⁹ q̄s habitat i tabernaculo tuo. Quā hoc paucorū q̄ꝫ hoc pauciſſimoꝝ qđ ſequiť. Aut q̄s requieſcet in mōte ſc̄o tuo. O reqēs. o in pace. o in id ip̄m. Hec ē pax et vnitas. In qua petit dimitti ſymeon in cantico. Venit ad hoc oꝛiens ex alto dirigē pedes nr̄os i viā pacis vt cecinit zacharias. Cō ſonat angelicū melos. dās in terra pacē hōib⁹ bone volūtatis. Deoſilr̄ tangēs in vltimo pſalteriū meū. Suſcepit iſrael pu. ſu. Quid em̄ ſuſceptio niſi ſurſū acceptio ſm nomē

ſuū Et q̄d a deo ſurſū acceptio niſi
ad ſe ſpūalis attractio ſicut vis ma
gnetis trahit ad ſe ferrū. et vniuer
ſalit̄ ois finis finibile ſuū! Omē ap
petibile appetitū ꝓpriū! Hinc phice
enūciauit nō poetice q̄ dic̄ Trahit
ſua quēqꝫ voluptas. Hoc in te fa/
ctū ē o glorioſe teſtis ſtephane qn̄
ↄplēdo omē deſideriū tuū hoc vnū
petiſti. Dn̄e Jhu ſuſcipe ſpm̄ meū.
Hoc tuū inſtar oloris cāticū. para
ta morte ſuauiſſimo gutture ꝓtuli/
ſti. Magnificat aīa mea dn̄z. Quia
fecit mihi magna q̄ potēs eſt. qn̄ q̄
creauit me red̄euit et ſe vniuit i ta/
bernaculo meo. qn̄ noua facta ſūt
oīa in celo et in terra. Quō noua?
Eo nimiꝝ qꝛ eternitati ſūt ↄiuncta
Vidit hoc p̄s. ſepi⁹ incitās ad can
ticoꝝ nouitatē. Cātate dn̄o canti/
cū nouū qꝛ mirabilia fecit. Nunq̄d
non oīm nouitatū ſupeminēs noui
tas q̄ mutauit ſigna. innouauit mi
rabilia qn̄ v̄bū immenſū abbreuia
tū eſt. qn̄ diuina maieſtas ita eſt in
clinata vt accipet ſerui formā. qua/
tin⁹ exaltaret̄ forma ſerui ad diui/
nā! Subdit mirabilē nouitatis rō/
nē dicēs Saluauit ſibi dextēa ei⁹. ⁊
hoc hūiles ad eternitatē exaltādo
Dextera quippe ꝑtinet ad eternita
tē. Hinc eſt illud ſpōſe. Dextēa illi⁹
amplexabit̄ me. Et pſaltes. Tenui
ſti manū dexterā meā et cū gloria
ſuſcepiſti me. qꝛ dextera tua exalta
uit me. Saluationē hāc ſeu ſaluteꝫ
opat⁹ eſt in me q̄ fecit mihi magna
q̄ ſū terra illa de qua veritas orta
eſt. Etenī dn̄s dedit benignitatē et
terra nr̄a dedit fructū ſuū bn̄dictū

dn̄ germinauit ſaluatorē. Itaqꝫ nō
iā mādauit tm̄mō ſalutes Jacob. ſꝫ
opat̄ ſalutē i medio terre Dicit vni
cuiqꝫ. Sal⁹ tua ego ſū qm̄ nō eſt in
alio ſal⁹. Neqꝫ enī datū ē ſub celo
aliud nomē in q̄ opoꝛteat nos ſal/
uos fieri. Tu ꝓptēa o gabriel dum
miſſus es a deo legat⁹ ad ea q̄ ſa
lutis hui⁹ ⁊ pacis erāt a ſalutatōe
cepiſti Aue gr̄a plena dn̄s tecū bn̄
dicta tu in mu. Addidit Eliſabeth
ↄgnata mea. Et bn̄dict⁹ fruct⁹ ven
tris tui. Suppletū ē ꝑ te gabriel no
mē ꝓpriū. dū cogitātī mihi q̄lis eſ/
ſet iſta ſalutatio. Subintuliſti. Ne
timeas maria. inueniſti enī gratiā
apud deū. Termiat aliq̄ꝝ deuotō
Jhs amē. Sal⁹ ſua abſqꝫ mene ſeu
defectu v̄e fiat. hoc ē q̄re. q̄lit̄ ⁊ vn̄
beatā me dicēt oēs genēatōes. qꝛ
btitudinē ſalutarē fec̄ ꝑ me. faciēs
mihi magna q̄ potēs ē ⁊ ſanctū no
mē ei⁹. q̄d dū bn̄ viuim⁹ ſāctificat̄ i
nob̄ Sāctificauit ⁊ i me tabernacu
lū ſuū altiſſim⁹. qꝛ ſanctū nomē ei⁹.
Hoc q̄ꝫ qd̄ natū ē i me ſcm̄. vōbit̄
fili⁹ d̄i ihs magn⁹ ꝑ āgelū et ſāct⁹
ſcōꝝ ꝑ Dan̄. Fidel̄ dn̄s i oib⁹ v̄bis
ſuis. qꝛ oīa opa ei⁹ i fide. et ſanct⁹ i
oib⁹ opib⁹ ſuis. Sanct⁹ ſcs ſcs. do.
de⁹ ſab. Ple. ſ. ce. ⁊. tē. gl. t. Taliter
ↄſpuo mēorit̄ oīa q̄ ſalutifēa ſūt ↄfe
rēs i corde meo Meditās ſū aſſidue
⁊ admirādo deficiēs. q̄nta ſit et q̄l
hec ſalutatio. Ecce ei ex h̄ bea. me
di. omēs gene. ¶ Cōcinet olim mi/
hi ois ecc̄ia ſāctoꝝ ſalutiferꝝ ꝓmēs
illō atqꝫ ↄtiſſimū. Salue regia mie
Et iteꝝ. Salue mr̄ pietati. et toti⁹

trinitatis nobile tricliniū. verbi tñ
incārnati. ſpeciale maieſtati p̄parans
hoſpitiū. Deniqȝ frequēti⁹ Aue ma
ria gr̄a plena dn̄s tecū. Decȝ ꝓfe
cto me mr̄ez ſalutis. ſalutātē nō in/
ſalutatā p̄terire. Debet obſeq̄oſus
amor viciſſitudinē amatōis recip̄e
Debet gr̄a plena cū q̄ dn̄s eſt refū
dē gr̄az ꝓ gr̄a. Debet bn̄dicta bn̄
dictionē. fructifera frēm dn̄a regnū
Illūīata ſimul et illūiatrix ƀm no/
mē meū. debeo cohēdib⁹ meis illu/
minatōez. Dabit poſtremo iƀs ſa
lutē indefectibilē. ad hoc etiā venit
Cōtuli crebro mecū in corde meo
talia. Cōtuli ſimul cū virgineo Jo
ſeph viro meo vocans ip̄m ſic̄ Sa
ra Abraaȝ dn̄m. Quēbat a me inc̄
ſecreta colloq̄a. qūo hec et hec fie/
rent aut facta eſſent. q̄ tandē in me
mō ꝯpleta ſūt. Cōſeruabat memo/
riter in ſimplicitate cordis ſui ſalu/
tationē angelicā. quā acceperat a
me. Siƚr et canticū nouū meū. Cā/
ticū inſup̄ zacharie cū cātico ſyme
onis. Cātabiles ſibi erāt he iubila/
tōes in loco p̄egrinatōis ſue. Hec
cantica ſyon. hec in recordationem
celeſtis ihrl̄ȝ ſolatio ſibi tradita ſ̄c
Et q̄ꝛ doctiſſimā me nouēat i pſal
mis ⁊ cāticis. dicebat aliq̄n Maria
dn̄a mea q̄ꝛ mr̄ dn̄i mei Sonet vox
tua i aurib⁹ meis. Uox em̄ tua dul
cis. Uox v̄o mea q̄ȝ apti⁹ ſonaret
i aurib⁹ ſuis q̄ȝ ꝓpriū canticū Ma
gnificat aīa mea dn̄ȝ. Apparuit tā
dē magna fides ei⁹ dū viſitat⁹ ab
angelo triſte illud iuſſum accepit.
Surge et accipe puer̄ȝ et mr̄ez ei⁹
et fuge i egyptū. Audierat p̄us ab
ip̄o angelo ꝯfortāte ſe. vt me acci/
p̄et i ꝯiugē. Qd̄ em̄ in ea natū eſt.
de ſp̄ūſācto ē Predixerat me filiuȝ
pariturā. Juſſerat vt vōcet nomen
ei⁹ iƀm. Cui⁹ cauſā et d̄initatē ape
riēs inq̄t Jp̄e em̄ ſaluū faciet p̄p̄lm
ſuū a pc̄c̄is eoꝝ. cū delēs iniq̄tates
ſit de⁹ ſol⁹. O q̄ȝ diſſilis hec p̄nūcia
tio videri poterat ad iſtā. Surge et
accipe puerꝝ et fuge i egyptū. q̄ȝ di
ſtās o gabriel nūciatio tua Regna
bit i domo Jacob in eternū. et iſta
Accipe puerꝝ et fuge i egyptū. Ma
gna fides magnā fecit magnificē/
tiā Utriq̄ȝ nr̄m. cū magnanimi ſpe
ꝯtulit vt ꝯtra ſpeȝ ſperarem⁹ Por
ro totū illud ſeptēnalis p̄egrinatō
nis exiliū quāta ſedulitate pacia. et
lōganimitate trāſegit cum puero
Jƀu et mecū. recolat pi⁹ anim⁹ et
ꝯferat in corde ſuo. Uenient genēa
tōes q̄n ſcribet aliq̄ꝝ deuotio. plu/
rima ſup̄ iſtis pie ſpeculāda. multa
ꝯſaice. q̄dam heroico carmine cui
ioſephina nomē erit. q̄dā alic̄ ⁊ alt
ter. Nōnulli de laudib⁹ iuſti v̄gina
lis ſpōſi mei. fidiſſimi q̄ȝ cuſtodis ⁊
teſtis delegati multa ſue poſterita
ti legēda relinquēt. Statuerit ꝯſū/
mationē in ip̄i⁹ p̄cioſa morte q̄ p̄n̄/
tib⁹ filio meo et me. pie q̄ȝ flentib⁹
appoſitus eſt ad patres ſuos in ſe/
nectute bona cui⁹ memoria i gene/
ratōes ſeculoꝝ. Scribent̄ deinceps
certiora ꝓ decurſu tp̄is quo Jƀs
erat incipiēs q̄i ānoꝝ xxx. q̄n tota
ceſſi i cuſtodiā et indiuiduā ſeq̄lam
ei⁹ dū p̄ p̄ores annos fuerat velut
occult⁹ ⁊ inglorius. Sodit⁹ paup̄cu
lis nobis. quaſi ſeruul⁹ q̄ venerat

etiã miniſtrare nõ miniſtrari in hũi
litatis ⁊ ſũme obediẽtie documẽtũ
Tunc ꝓdiens Johẽs ab heremo
iuſſus baptiſare. iuſſus clamare. pa
rate viã dño. iuſſus annũciare ꝓmꝰ
regnũ dei. iuſſus ꝑdicare pniaꝫ in
remiſſionẽ pccoꝝ Signum ꝓinde
ſuſcipiẽs. Sup quẽ videris ſpm̃ de
ſcẽdentẽ et manentẽ. iṗe eſt q̃ bapti
ſat in ſpũ ſancto. Cõſenſit baptiſare
filiũ meũ. ſeruꝰ dñm. vox verbum.
amicꝰ ſponſi ſponſũ. Cui refugienti
cũ reuerenti timore Jhs ſubintulit
Sine. Sic nos decet implere om̃eꝫ
iuſtitiã. et hoc in ꝯfutationẽ oĩs in
iuſtitie nr̃e. Cãpꝰ ecce copioſiſſimꝰ
aptꝰ eſt collationũ meaꝝ memorit
i corde meo affabilit ſepe doctrina
lit et deuote cũ alloꝗo alieno cõica
toꝝ etiã viuẽte filio meo bñdicto.
Seduliꝰ aũt ꝯtuli poſt reſurrectõeꝫ
et aſcenſionẽ ipiꝰ. qñ data ſub cru
ce in filialẽ diſcipuli illiꝰ quẽ dilige
bat Jhs cuſtodiã. manſi vſqꝫ ad fe
licẽ obitũ meũ cũ aplĩs et diſcipult
in ihrlm q̃ fuerũt illic ꝑ annos .xij.
ad ꝯuincendũ iudeoꝝ incredulita
tẽ. Erãt em̃ (ſicut aperuit medicꝰ ca
riſſimꝰ lucas ſecretoꝝ ꝯſciꝰ meoꝝ)
om̃es ſimul in orõne ꝑſeuerãtes cũ
mulieribꝰ et maria mr̃e Jhu. Tunc
dato ſpũſancto celebris habebat
ſacri panis ꝯmunio in ſimplicitate
cordis Jũgebat orõ dñica. Sim
bolũ conditũ ẽ me ꝯſulta. Hoc ãt
vltimũ de me in canone ſcꝑture ca
tholice. verbũ repit expreſſũ qꝛ ſũ
maria mater Jhu. Sꝫ o ſapientiſſi
ſime dñe deꝰ ſalutaris meꝰ quanta

et q̃ꝫ multifaria ſunt ꝑter hec dicta
docta collata qꝫ q̃ ſi ꝑ ſingula ſcri
berent... nec ipm̃ arbitror mundum
cape eos q̃ ſcribẽdi ſũt libros. Et
qm̃ finis legis Jhs xp̃s et hꝰ ego
appellor maria mr̃ Jhu. Placꝫ col
latões aliq̃s de dño Jhu meo ſub
fine pſalterij huiꝰ decies decacor
di notulare Sũt. xxiiij. hmõi col
lationes.

## Sequitur prima notula

q̃ ſeptuageſimaſeptima ẽ in ordine

Domin deꝰ ſalutaris meus
Jhus meꝰ quẽ magnificat
aĩa mea cũ exultatõe ſpũs
Et iṗe eſt finis oĩs ꝯſũmatõis. Et
eſt regalis diſtributio oĩs legis et
ornatꝰ vel inclinatõis naturalis et
ordinis. Iṗe rex regũ et dñs do
minantiũ. Dñs deꝰ ſalutaris meꝰ
nõ vane ꝯſtituit omẽs filios hoim
minꝰ q̃ꝫ alia opa ſua ſubiecta ſb pe
dibꝰ hõis q̃ tñ facta ſt bona valde
nec a ſuo fine fruſtrata. Dñs deus
ſalutaris meꝰ ꝯſtituit naturã hũa
nã ſupra ceteras irrõnales creatu
ras vt capax eſſet et particeps eſſe
poſſꝫ honeſtati. q̃ dr̃ honoris ſtatꝰ
terminꝰ boni et finis honoris. Eſt
ãt honor ille bonũ honeſtũ. bonuꝫ
ꝯueniens appetitui rõnali vt rõnal
eſt. Dñs deꝰ ſalutaris meꝰ nõ eſt ſa
lutaris vel ſalꝰ vel Jhs ſm nomẽ
ſuũ ſi non implere valeat totã indi
gentiã rei ſaluabilis ſm oẽs vires
ſuas. Patet hoc ex deſcriptione ſa
lutis vl ſalutaris. cuius finis eſt vt
repleat totam indigentiã patiẽtis

Salus in reb⁹ ſenſu carētib⁹ ſufficiēter obtinet̄ dū ſuo ꝯueniēti vel vti/
li bono ꝯiungunt̄. etiāſi nō delecta
biliter participāt illud. Patet hoc
in quiete reꝝ ſenſu carentiū ad lo/
ca ſua. Dū p̄terea formā ſibi ſilem
introducūt ad ꝯſeruationē ſpeciei.
Salus in aīalib⁹ carētib⁹ rōne ſuf
ficient̄ obtinet̄. dū ſuo ꝯueniēti vel
vtili ꝯiungunt̄. et dū illā ꝯiunctio/
nē ꝑcipiūt et in ꝑceptiōe delectant̄
etiāſi nihil ꝑticipāt d̕ honeſto Pa
tet q2 ad honeſtū ꝑcipiēdū neq̄q̄ꝫ
ꝯdita ſūt. Salus in oīni creatura
rōnali vel intellectuali nequaq̄ꝫ ob
tinet̄ ſi nō honeſto bono ſuo cū ꝑ/
ceptione ꝯiūgat̄. intelligēdo de ſa
lute ꝑfecta q̄ ꝯſiſtit in actu nō apti/
tudine ſola vel habitu. Patꝫ q2 ad
honeſtū bonū ꝑcipiendū actualit̄
formata eſt. Salus ī hōib⁹ ꝯſtitui
nō potuit abutentib⁹ rōe ph̄is aut
alijs p̄terq̄ꝫ in honeſto ſolo bono.
ſup̄mo. eterno et vno. nō in diuitijs
vtilib⁹. nō in delicijs ſuauib⁹. nō in
honorib⁹ vel̕ gloria tp̄alib⁹. Patet
qm̄ hec oīa ſi affuerint remanet in/
digentia ſeu vacuitas vl̕ inanitas
nō repleta in principaliori potētia
rationis q̄ ſuſceptiua eſt boni hone
ſti et illi⁹ ꝑceptiua. Magnificētia ſa
lutaris ad honeſtū capeſcendū ꝓ/
pria eſt ſoli⁹ nature intellectualis:
Sola em̄ mouet̄ ad honeſtum. vel
ſtat in eo ſub hac rōne ꝙ bonū hoc
aut illud ꝯſonat recte rationi. etiā/
ſi nō habēt rationē delectātis aut
vtilis. Honeſtū quippe ē qd̕ ſua vi
nos trahit et allicit dignitate. Ho
neſtū bonū d̕r ꝑ relationē ad appe
titū rōnalē vt rōnalis eſt ordinem
ſuū ſeruās retinēs q̄ꝫ naturā. Ma/
gnificentia ſalutaris ad honeſtum
fontalit̄ eſt ī deo p̄re luminū apud
quē nō ē alia ratio cuiuſcūq̄ꝫ appe/
tibilis vel amabil̕ q̄ꝫ honeſtas ſua
Oīnia em̄ ꝓpter ſe ip̄m fecit dn̄s. nō
ꝓpter aliud vel vtile vel. delectabile
intuitu p̄ncipali. Magnificētia ſalu/
taris neq̄ꝫ habet̄ neq̄ꝫ ſeruat̄ niſi re
cta ratio q̄ ſꝑ ad optima deprecat̄
terminet̄ aut finiat̄ ī deſiderio ſuo
Semꝑ em̄ curua remurmurat inq̄e
tat̄ et impꝑfecte ſtat. Hoc vidit qui
dixit. Nō eſt pax impijs. Et rurſū.
Cor impij ſic̄ mare feruēs qd̕ q̄eſcē
nō p̄t. Hinc orat pater me⁹ Dauid
Cor creari mundū. ſpm̄ inſuꝑ dari
rectū. ſpm̄. ſanctū ſpm̄ p̄ncipalē. ſm̄
tria ad q̄ fact⁹ eſt rōnalis ſp̄us. vt
recte. ſancte. fortit̄ ferat̄ in honeſtū
Magnificētia ſalutaris varie q̄ſita
eſt ab oīnib⁹ quotq̄t venerūt acte/
nus vſq̄ꝫ ad dn̄m deū ſalutare meū
vel q̄ p̄us implicite aut explicite cre
debāt in eū. Ip̄e em̄ eſt q̄ totū ho
minē ſaluū fec̄ ſm̄ oēs vires. q̄ ꝯſi/
ſtēs ī ſinu p̄ris annūciauit nob̄ de
deo q̄ ad verā honeſtatē via ē ve
ctor. hoſtiū ꝛ ēmin⁹ idē. Reſpectō ſa
lutaris illi⁹ q̄ ē excelſ⁹ dn̄s ꝛ hūilia
reſpicit. ſolā ī aīa rōnali ācilla ſua.
reſpicit hūilitatis honeſtatē. Hec
ſpēoſitas aīe. h̄ decor. hec pulcritu
do q̄ trahit ip̄m ꝛ allicit nec aliūde
tn̄ iō Ih̄s trahit̄ q̄ꝫ a ſe vel allicit̄

qm̄ in hac hūilitatis honeſtate c̄m
dedit ſe reſpicit et diligit. Reſpectō
ſalutaris notat̄ a ſponſa in canticl.
Cū eſſet rex inq̄t in accubitu ſuo.
nard⁹ mea dedit odorē ſuū In nar
do humili redolēte accipim⁹ hone
ſtatē. intuit⁹ hui⁹ honeſtatis ocul⁹
eſt efficax ꝛ viuus q̄ penetrat ꝛ vul
nerat cor in amore. Reſpectio ſalu
taris fit i ancilla q̄ reſpicit̄ cōuerſa
viciſſitudine ad dilectū. q̄ reſpicit ꝑ
oculū ſimplicē et rectū. de quo veri
tas. Si oculus tu⁹ fuerit ſimplex.
totū corp⁹ tuū ſupple opationū tu
arū erit lucidū et rectū. Ratio qꝛ ꝛ
finis p̄ſtituet̄ bon⁹ et ad finē ordo
rect⁹ nō diſtort⁹ ꝑ ineptitudinē aut
viciū Reſpectio ſalutaris multipli
citer intelligit̄ fieri a dn̄o deo ſalu/
tari meo. Unus mod⁹ eſt in eterna
p̄deſtinatione ſm quā dictū eſt a fi
lio in Johe. Qui ex deo eſt nō pec/
cat. qꝛ generatio dei cōſeruat illū
Ali⁹ p gr̄az habitualit̄ gratificātē
qualis eſt in paruulis et in hōib⁹
ſāctis dū dormiūt. Terti⁹ ē in opa
tionib⁹ ſāctis cū pceptiōe diuinoꝝ
cariſmatū ꝑ ſenſū intellect⁹ et affe/
ct⁹ in vna facultate liberi ſpūs in
corde vno qd̄ eſt natura eſſential̄
aie ſupeminent̄ cōtinēs memoriā
intelligentiā et affectū. Fit hec ſalu
taris pceptio ſepe dū dicit hō de/
uot⁹. Ego dormio ſupple in virib⁹
infimis. actū nō ſentiēs tpalium. et
cor meū vigilat i ſomniis ſpectacu/
loꝝ eternoꝝ. Beatitudo aie rōnal̄
dicēda ꝑ oēs generatōes. cōſiſtit i
factione magnoꝝ ꝑ illū q̄ potēs ē.

Hoc āt fiet dū erit memorie reple/
tio eternitat. et pac. erit itelligētie re
pletio vēitatis et lūis. erit volitiue
repletio dilectōis et fruitōis. Bea/
titudo aie rōnalis dicēda ꝑ oēs
generatōes cōſiſtit in ſtatu q̄ ē oim
bonoꝝ aggregatōe pfect⁹. Hec eſt
diffinitio recta beatitudinis q̄ ſta/
tū dicit in optimo. dū optima potē
tia optio ſuo obiecto imptuibebi/
lit̄ piūcta eſt. Btitudo aie rōnalis
pſiſtit i hoc ꝙ ipa tanq̄ ſignū ma
gnū in celo amicta eſt ſole toti⁹ ho
neſtatis i rōnali. Eſt luna toti⁹ mu
tabilitatis ſub pedib⁹ ei⁹ in pcupi/
ſcibili. Eſt corona toti⁹ pfectōis q̄i
ſtellaꝝ. xii. in capite v̄tutis iraſcibi
lis q̄ tēdit i ardua. Deniq̄ partu
rit filiū q̄ rapit̄ ad thronū dei. re/
ctur⁹ gētiles affectōes. Fit eni vbi/
gena qꝛ deſcēdit in eā ſpūſſāct⁹ Et
virt⁹ altiſſimi obūbrabit ſibi. Et q̄d
obūbratō niſi lucis effulgētia cū te
nebra? Maior idcirco intelligit̄ ob/
umbratio q̄ ſub luce clarior ē obū/
bratio. q̄lis p⁹ aiaz filii mei facta ē
mihi ſub cui⁹ vmbra quē deſidera/
bā ſepe ſedi. et poſtq̄ ſolicite mini
ſtrauerā ei. Beatitudo aie rōnalis
quā fecit magnā q̄ potēs eſt. plus
depēdet a bn̄placito ſue manutenē
tie in ſtatu finis vltimi et honeſti q̄
in vigore ꝓprie nature vel in fulgo
re pceptiuo aut i appetitiua motio
ne. Soluit̄ ꝓinde faciliter queſtio.
Cur ſathan irremediabiliter cor/
ruit dum alii ſteterunt immobiliter
qꝛ terminū vie datū cuilibet eoruz
impleuerūt. hi ꝑ depoſitionē de ſe/

de dignitatis ſue. Iſti p exaltatio-
nē ex ſua dū viatores eſſent ſb deo
fideli hūilitate. honeſtate. pulcritu-
dine. formoſitate. ſpecioſitate. in or
dinis ſui oſeruatōe. Sāctitas nōis
dei ouenit cū honeſtate. ouenit cū
ſalute. cōuenit cū humili diuina re-
ſpectiōe. ouenit cū magnificētia be
atitudinis ab iſo collate. cōuenit
inſup cū timore dei cū hūiliū exal-
tatiōe. cum eſurientiū repletione in
bonis. Poſtremo cū iſrael puei dei
ſuſceptione. Sanctitas et omne gē
neralit nomē qd ad etnitatē ſignifi
cādā adaptat ꝓprie ꝓpria eſt inter
creaturas nature intellectuali quo
ad finem ſue oditionis intentum. ſi
nō ex ꝓpria malicia et impuritate
deficiat. Eſt em̄ ſanctitas libēa ab
omi cōtagione puritas ſponte ſer-
uata. Sic ſanitas ſuo modo. ſic no
bilitas. ſic libertas dicūt facultatē
ꝓximā et facilē ad opatiōes ꝓpri-
as et ordinatas et debitas exercen
das. Sic inſup pax dr ordo nō im
pedit⁹ vel ordinis trāquillitas Sic
modeſtia modi ſtat⁹ eſt. et bonitas
boni ſtat⁹. Sāctitas colligit et ſati-
at. dū ſal⁹ oim et ſanctus ſanctoꝝ
Ihs. ſplēdor prīs i diuinis illabit
creature intellectuali tanq̄ ſpēs et
imago et virt⁹ dn̄i dei ſui prīs. dū
em̄ illabit vt ſpēs. pcipit vt pulcer-
rima: Quid em̄ eſt pulcritudo niſi
ꝓportio numeroſa q̄ ſuū pfecte rep
ſentat exēplatū? Porro dū illabit
vt virt⁹ agēs p cōtactū mediū ſeu
moderatū. pcipit ſuauitas. Natu-
ra em̄ q̄ triſtat i extremis. in mediis
delectat. Poſtremo dū illabitur vt
opatio. replēs totā capacitatē ⁊ in
digentiā ſui paſſibilis. ipa ſalutem
oia oplentē opat et fit qes. Sācti
tas ſalutaris et beata oplectit ne-
ceſſario in aia rōnali (quā ſanctifi
cat. ſaluat et beatificat) omē bonū
vt verificet illud ad moyſen. Ego
oſtēdā tibi omē bonū. bonū hone-
ſtū pncipalit. Et ex ei⁹ pceptiōe ne
ceſſario ſequit ſūma delectatō ꝓpt
ouenientiā ſummā. Demū vtilitas
ꝓpt indigētie cuiuſlibet ſupplemētū
vn̄ fas hz bn̄dicē deo q̄ replet in
bonis deſideriū ſuū otinēs in exul-
tatōe ſpūs in deo ſalutari ſuo. Ma-
gnificat anima mea dn̄m

Gloria prī et filio ⁊ ſpūiſan
cto. Quī inſpirāte te et pue
niente in bn̄dictionib⁹ dul-
cedinis O glorioſa trinitas pater
et fili⁹ et ſpūſanct⁹. Ego hūilis an
cilla magnificatōis tue cū exulta-
tōe ſpūs cāticū in finē vſq̄ deduxi
Glia tibi q̄ es alpha et o pncipiū
et finis cui ſoli debet honor ⁊ glia
Cōiunxi pus pſalteriū iocundū cū
cithara. miaz ſcz et graz cū poten
tia. Iure ſupeſt vt ſubnectā canticū
glorie tue qd habuiſti in te ⁊ apud
te pus q̄ mūd⁹ fieret. Mundū em̄
et oia q̄ in eo ſūt cōdidiſti ꝓpt ma
gnā gloriā tuā. Inde ē q celi enar
rāt gloriā tuā et oia q̄ celi ambitu
otinent gloriā magnificētie regni
tui Gloriā hāc vidit i ſpū Iſayas
dū audiuit cherubin clamātia. Sā
ct⁹ ſanct⁹ ſanct⁹ dn̄s de⁹ ſabaoth.
Pleni ſunt celi et terra gloria eius

Quod in principio qñ creati ſũt ce
li ⁊ terra canticũ hoc glorie tue fre
quẽtatũ eſt p ſpũs angelicos. lau/
dãtes te dñm ⁊ prẽ ⁊ filiũ et ſpm̃
ſanctũ. cui cantico qr diſſonare pre
ſũpſerũt apoſtate ſpũs. q̃rẽtes can
dẽ ſibi vſurpare gloriã. zelaſti ꝓpt
eã qm̃ ſola tibi ꝓpria eſt. zelauit et
pnceps milicie michael exclamans
Quis vt de⁹! Fuit poſtmodũ in cõ
ſũmatione ſeptẽ dieꝝ. cõdit⁹ ratio
nalis ſpũs in hõie cui datũ eſt pſal
teriũ decacordũ ad magnificandũ
te dñm qm̃ pceptum diſcipline. ipi
pm qd tibi ↄcineret in laudẽ et glo
riã tuã ↄtuliſti. Rupit ipe cordulas
hui⁹ pſalterij trãſgreſſor effect⁹. et
ideo ꝓiect⁹ eſt extra paradiſũ deli
ciaꝝ. cui ſi non data fuiſſet cithara
pnie ad repandũ pſalteriũ iocũdũ
obedientie et grẽ. nihil ſibi remane
bat de cãticis niſi lamẽtatões mõr
lis exilij cũ beſtijs. et ve ve dãnatio
nis cũ demonib⁹ in gehenne ſuppli
cijs. Repauit hoc pſalteriũ iocũdũ
cũ cithara. fili⁹. ſcda in trinitate p/
ſona volẽte prẽ cũ ſpũſcõ coopan
te. dũ fact⁹ eſt ipe p aſſũptionẽ car
nis et ſpũs. cithara in carne mea.
pſalteriũ iocundũ in ſpũ et gloria
pris in diuinitate. Sic em̃ alloquit̃
eũ pater. Exurge glĩa mea. exurge
pſalteriũ iocundũ cũ cithara. Cui
fili⁹ rñdens inducit. Exurgã dilucu
lo. Tu eni ſuſceptor me⁹ es. gloria
mea et exaltãs caput meũ qd reſu
ſcitaſti ad gloriã. Talit̃ itaqꝫ egre/
gi⁹ Dauid pſaltes pr̃ me⁹ dedit in
telligi. Ꝓpterea ſimil̃ ↄſonãs ſibi eru
pit nũc aĩa mea in magnificationẽ
dñi cũ exultatõe ſpũs miſcẽs pſalte
riũ iocundũ miſẽicordie cũ cithara
ſeueritatis et penitẽtie. Ampli⁹ vo
cur nõ poti⁹ a glorificatõe q̃ꝫ a ma
gnificatione ſũpſerim initiũ vt dice
rẽ. Glorificat aĩa mea dñm. Sentie
bã ꝓfecto puilegiũ hoc cãtici glĩe.
reſeruandũ multitudini milicie cele
ſtis exẽcit⁹. qñ ↄpleti fuerit dies vt
pariã filiũ meũ pmogenitum. Fiat
tũc reuelatõ celit⁹ ad paſtores q̃b⁹
ꝓ ſimplicitate ſua ⁊ ſedulitate vigi
li ſup gregẽ ſuũ velut in quadã ſo/
litudine deſerti ſubito fiet cũ ange/
lo euãgeliſante gaudiũ magnũ. co
mes multitudo milicie celeſtis lau/
dantiũ deũ celico carmine et dicen
tiũ. Glĩa in altiſſimis deo. Et i ter/
ra pax hõib⁹ bone volũtatl. Veni/
ent paſtores. videbũt mirabunt̃. re
uertent̃ glorificãtes deũ. Futuꝝ ẽ
inſup ad bethleez diuerſoriũ part⁹
mei. inoleſcat mos p eccĩam ſcõꝝ
toto terraꝝ orbe diffuſã iungẽ fini
b⁹ pſalmoꝝ cãticoꝝ ⁊ hymnoꝝ ce
lebriter velut vna et inceſſabili vo/
ce cũ om̃i milicia celeſtis exercitus.
Gloria pri ⁊ filio ⁊ ſpũiſancto Si
cut erat i pn. et nc̃ et ſp. ⁊ in ſ. ſ. amẽ
Sꝫ o glorioſa t̃nitas quãto põdẽ
ſniaꝝ reſonat i aurib⁹ meis paru⁹
hic et paucul⁹ numer⁹ ꝟbuloꝝ q̃t ⁊
quanti futuri ſunt ↄciues ſanctoꝝ
et domeſtici dei qui ad iuſtitiam
erudiunt plurimos. et fulgebunt ve
lut ſtelle in perpetuas eternitates

Deus tuorum militum sors et corona

ad declaratione᷑ celeſtis hu᷒ canti
ci glorie laborabűt te doctrice Cő
certabűt apud diſſidentes futuro/
rum hereticoꝝ fragores. ſtrepitus
horrendos qꝫ clamores vt in debi
ta concinãt armonia. te beatiſſimã
trinitate᷑ in vnitate. et vnitate᷑ in tri
nitate in ꝑenni ſeculoꝝ tꝑe Ame᷑.
Dice᷑t crebro. Gloria tibi dñe. No
minabunt te deű glorie. te gloriaȝ
plebis tue iſrael. Te dñm virtutű
qui es rex glorie Tu rex glorie xp̄e
cőcinit om̄is eccleſia. Tu ad dexte
ram dei ſedes in gl̄a dei patris Ti
bi laus. tibi gloria. tibi gr̄arű actő
Quid igitur ſuꝑeſt humilitati mee
quam reſpexit dñs niſi vt cű om̄i/
bus generationibus ſeculorű. ſub/
iungam pro fine pulcerrimo. debi
to qꝫ ſuꝑaddens ad canticű meuȝ
Gloria patri et filio et ſpirituiſan/
cto Sicut erat in principio et nűc
et ſꝑ et in ſecula ſeculorum. Amen

Liber ſuꝑ Cantico virginis Marie
compilat᷒ ꝑ magiſtꝝ Johēȝ Ger/
ſon olim cancellariű Pariſiē̃. Ex/
plicit Anno gr̄e. M.cccclxxiij. pe/
nultimo die Marcij qui fuit vigilia
paſche.